retrahet dñs dē tuus: ⁊ assumet atq; introducet i terrā quā possederūt pīes tui ⁊ obtinebis eā: ⁊ bñdicēs tibi: maiorēs numeri te eē faciet q̄ fuerūt pīes tui. Circūcidet dñs deus tuus cor tuum ⁊ cor seminis tui: vt diligas dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊ i tota aīa tua vt possis viuē. Oēs āt maledictiōes has cōuertet sup īmicos tuos: ⁊ eos q̄ oderūt te p̄sequent. Tu aūt reuertēs ⁊ audies vocē dñi dei tui: faciesq; vniuersa mādata q̄ ego p̄cipio tibi hodie: ⁊ abūdāt te faciet dominus deus tuus i cūctis opib' manuū tuaꝝ: i sobole vteri tui ⁊ i fructu iumētoꝝ tuoꝝ: i vbertate tre tue: ⁊ i rerū oīum largitate. Reuertet.n. dñs ut gaudeat sup te i oīb' bonis sicut gauisus ē i patrib' tuis: si tñ audieris vocem dñi dei tui ⁊ custodieris p̄cepta eius ⁊ cerimonias: q̄ i hac lege cōscripta sūt: ⁊ reuertaris ad dñm deū tuū i toto corde tuo ⁊ in tota aīa tua. Mādatū hoc q̄ ego p̄cipio tibi hodie nō supra te ē neq; p̄cul positū nec i celo sitū: vt possis: dicere quis nostrū valet ad celū ascēdere ut ōferat illud ad nos: ut audiam' atq; ope p̄leam': neq; trās mare positū ut causeris ⁊ dicas: q̄s e nob' potūt mare trāsfretare ⁊ illud ad nos vsq; ōferre: vt possim' audire ⁊ facere q̄ p̄ceptū ē? sz iuxta te ē sermo valde i ore tuo ⁊ i corde tuo vt faciās illū. Cōsidera q̄ hodie p̄posueri in p̄spectu tuo vitā ⁊ bonū ⁊ cōtrario mōte ⁊ malū: ut diligas dñm deū tuū ⁊ ābules i uīs ei' ⁊ custodias mādata illi' ⁊ cerimonias atq; iudicia: ⁊ uiuas: atq; multiplicet te bñdicatq; tibi i terra ad quā ingredieris possidēdā. Si aūt auersū fuerit cor tuū ⁊ audire nolueris atq; errore deceptꝰ adoraueris deos aliēos ⁊ seruieris eis: p̄dico tibi hodie q̄ pereas: ⁊ paruo tpe moreris i tra: ad quā iordane trāsmisso ingredieris possidēdā. Testes īuoco hodie celū ⁊ trā q̄ p̄posueri uob' uitā ⁊ bonū: bñdictionē ⁊ maledictionē. Elige g̃ uitā ut ⁊ tu uiuas ⁊ semē tuū: ⁊ diligas dñm deū tuū atq; obedias uoci eius: ⁊ illi adhereas. Ipse ē.n. uita tua ⁊ lōgitudo dierū tuoꝝ: ut habites i tra p̄ q̄ iurauit dñs p̄ib' tuis abraam isaac ⁊ iacob: ut daret eā illis.

¶ XXXI

Abiit itaq; moyses ⁊ locutus est oīa v̄ba hec ad uniuersū isrl: ⁊ dixit ad eos: Cētū uiginti ānoꝝ sū hodie: nō possū ultra egredi ⁊ ingredi: p̄sertiz cū ⁊ dñs dixerit mihi: nō transibis iordanē istuz. Dñs ergo deus tu' trāsibit añ te. Ipse delebit oēs gētes has i p̄spectu tuo: ⁊ possidebis eas. Et iosue iste trāsibit añ te: sicut locut' ē dñs. Facietq; dominus eis sicut fecit seon ⁊ og regib' āmorreorū ⁊ tre eoꝝ: delebitq; eos. Cū ergo ⁊ hos tradiderit uob': sīlit facietis eis sicut p̄cepi uob'. Uiriliter agite ⁊ p̄fortami. Nolite timere nec paueat ad p̄spectū eoꝝ: qa dñs de' tuus ipse ē ductor tu' : ⁊ nō dimittet nec derelinquet te. Uocauitq; moyses iosue: ⁊ dixit ei coram oi isrl: Confortare: ⁊ esto robustus. Tu enī introduces pplm istū i trā quā datuꝝ se patribus eoꝝ iurauit dñs: ⁊ tu eā diuides sorte. Et dñs q̄ ductor ē uester: ipe erit tecū: non dimittet nec derelinquet te. Noli timere nec paueas. Scripsit itaq; moyses legē hanc ⁊ tradidit eā sacerdotib' filiis leui q̄ portabāt arcaz federis dñi: ⁊ cūctis seniorib' isrl. Precepitq; eis dicēs: Post septē ānos ānno remissiōis i solēnitate tabnacloꝝ p̄uenienti tib' cūctis ex isrl ut appareāt i p̄spectu dñi dei tui i loco: quē elegerit dñs: leges v̄ba legis hui' coram oi isrl: audiētib' eis ⁊ i unū oi populo p̄gregato tā uiris q̄ mulieribus: paruul' ⁊ aduenis q̄ sūt intra portas tuas: ut audiētes discāt ⁊ timeāt dñm deū uestrū: ⁊ custodiant impleantq; oēs sermones legis hui'. Filij q̄ eoꝝ q̄ nūc ignorāt: ut audire possit ⁊ timeāt dñm deū suū cūctis diebus q̄b' uersant in tra: ad quā uos iordane trāsmisso pgitis obtinēdā. Et ait dñs ad moysen: Ecce p̄pe sūt dies mortis tue. Uoca iosue: ⁊ state i tabnaculo testimonij ut p̄cipiā ei. Abiit g̃ moyses ⁊ iosue ⁊ steterūt i tabernaculo testimonij: apparuitq; dñs ibi i colūna nubis: q̄ stetit i introitu tabernaculi: dixitq; dñs ad moysen: Ecce tu dormies cū p̄ib' tuis: ⁊ populus iste p̄surgēs fornicabit post deos alienos i tra: ad quā ingredietur ut habitet i ea: ibi derelinquet me: ⁊ irritū faciet fedus q̄ pepigi cū eo. Et irascet furor meus cōtra eū i die illo: ⁊ derelinquā eū: ⁊ absc̄ondā faciē meam ab eo: ⁊ erit i deuoratione. Inueniēt eū oīa mala ⁊ afflictiōes: ita ut dicat i illo die: Uere quia non ē deus mecū : inuenerūt me hec mala. Ego autē absc̄ondā ⁊ celabo faciem meā in die illo propter oīa mala que fecit: quia secutus est deos alienos. Nunc itaq; scribite uobis canticum istud ⁊ docete filios israel ut memoriter teneant ⁊ ore decantent: ⁊ sit mihi carmē istud pro testimonio inter filios israel. Introducam enī eum in

fornicabit ⁊ uolabit

terrã ꝑ qua iurauí pribus eius lacte ⁊ mel-
le manãtẽ. Cũq; comederit ⁊ saturati cras
siq; fuerit cõuertẽtur ad deos aliẽos et ser
uiẽt eis: detrahẽtq; mihi et irritũ faciẽt pac
tũ meũ. Postq; uenerit eũ mala multa et
afflictiões: rñdebit ei cãticũ istud ꝑ testimo
nio: qõ nulla delebit obliuio ex ore semi⁹
tui. Scio.n. cogitationes eⁿ que factur⁹ sit
hodie: anteq; itroducã eũ i terrã quã ei pol
licit⁹ sũ. Scripsit q; moyses cãticũ: et docu
it filios isrl. Precepitq; dñs iosue filio nun
et ait: Cõfortare et esto robustus. tu eni in-
troduces filios isrl i trã quã pollicit⁹ sũ: et
ego ero tecũ. Postq; g scripsit moyses ỽba
legis hui⁹ i uolumie atq; cõpleuit: ꝑcepit le
uitis q portabãt arcã federi dñi dicẽs: Col
lite librũ istũ ⁊ ponite eũ i latere arce fede-
ris dñi dei uri: ut sit ibi ꝓtra te i testimoniũ
Ego.n. scio cõtẽtionẽ tuã ⁊ ceruicẽ tuã du-
rissimã. Adhuc uiuẽte me ⁊ igrediẽte uob⁹
cũ sẽp ꝓtẽtiose egistis ꝓtra dñz: q̃to magis
cũ mortu⁹ fuero. Cõgregate ad me oẽs ma
iores natu p trib⁹ ỽias atq; doctores ⁊ lo-
quar audiẽtib⁹ eis ſmões istos: ⁊ iuocabo
ꝓtra eos celũ ⁊ terrã. Noui.n. q; p⁹ mortẽ
meã iniq; agetis: ⁊ declinabitis cito de uia
quã ꝑcepi uob⁹: ⁊ occũrẽt uob⁹ mala i extrẽo
tẽpore qñ feceritis malũ i ꝓspectu dñi: ut ir
ritetis eũ p opa manuũ ỽrarũ. Locut⁹ est g
moyses audiẽte uniuerso cetu isrl ỽba car-
minis hui⁹: ⁊ ad finẽ usq; cõpleuit. XXXII

Audite celi q̃ loq̃r: audiat terra uerba
oris mei: cõcrescat i pluuiaz doctrina
mea: fluat ut ros eloq̃uz meum. Quasi im
ber sup hẽbã: ⁊ q̃si stille sup gramĩa: q̃a no
mẽ dñi iuocabo. Date magnificẽtiã deo no
stro: dei pfecta sũt opa: ⁊ oẽs uie eⁱ⁹ iudicia
Deⁱ⁹ fidelis ⁊ absq; ulla iniq̃tate iust⁹ ⁊ rec
tus. Peccauerũt ei: ⁊ nõ filij eⁱ⁹ i sordibus.
Generatio praua atq; puersa: heccine red-
dis dño ppl'e stulte ⁊ isipiens? Nũq̃d nõ ipe
ẽ pr tuus q̃ possedit te ⁊ fecit ⁊ creauit te?
Memẽto dierũ ãtiq̃rũ: ⁊ cogita gñationes
singulas. Interroga pr̃z tuũ ⁊ ãnũciabit ti:
maiores tuos ⁊ dicẽt tibi. Qñ diuidebat al
tissimus gẽtes: qñ separabat filios adã: pstl
tuit tminos ppl'orũ iuxta numerũ filioruz
isrl. Pars aũt dñi ppl's ei⁹: iacob funiculus
hereditatis ei⁹. Inuenit eũ i terra defta: in
loco horroris ⁊ uaste solitudinis. Circũ-
duxit eũ ⁊ docuit ⁊ custodiuit eũ q̃si pupilã
oculi sui. Sicut aq̃la ꝓuocãs ad uolãdum
pullos suos: ⁊ super eos uolitans expan
dit alas suas: ⁊ assũpsit eũ atq; portauit in
humeris suis. Dñs solus dux ei⁹ fuit: ⁊ nõ
erat cũ eo deⁱ alien⁹. Cõstituit eũ sup excel-
sã terrã: ut comederet fruct⁹ agrorũ. Ut su
geret mel de petra: oleũq; de saxo durissio.
Butyrũ de armẽto ⁊ lac de ouib⁹ cũ adipe a
gnorũ ⁊ arietũ filiorũ basan. Et hircos cuz
medulla tritici ⁊ sãguiẽ uue biberẽt me-
racissimũ. Incrassat⁹ ẽ dilectus ⁊ recalci-
trauit: icrassat⁹ ipiguat⁹ dilatat⁹. Dereliq̃t
deũ factorẽ suũ ⁊ recessit a deo salutari suo
Prouocauerũt eũ i dijs alienis: ⁊ i abomi
natiõib⁹ ad iracũdiã cõcitauerũt. Imolaue
rũt demonijs ⁊ ñ deo: dijs q̃s ignorabãt. No
ui recẽtesq; uenerũt: q̃s nõ coluerũt patres
eorũ. Deũ q̃ te genuit dereliq̃sti: ⁊ oblit⁹ es
dñi creatoris tui. Vidit dñs ⁊ ad iracũdiã
cõcitat⁹ ẽ: q̃a ꝓuocauẽt eũ filij sui ⁊ filie: et
ait: Abscõdã faciẽ meã ab eis: et ꝓsiderabo
nouissima eorũ. Generatio.n. puersa ẽ ⁊ in
fideles filij. Ipsi me ꝓuocauerũt i eo q̃ non
erat deⁱ: ⁊ irritauerũt i uanitatib⁹ suis: ⁊ e-
go ꝓuocabo eos i eo q̃ nõ ẽ ppl's: ⁊ i gẽte stl
ta irritabo illos. Ignis succẽsus ẽ i furore
meo: ⁊ ardebit usq; ad iferni nouissima: de
uorabitq; terrã cũ germie suo: ⁊ mõtiũ fun
damẽta cõburet. Cõgregabo sup eos mala
⁊ sagittas meas cõplebo i eis. Cõsumẽt fa
me ⁊ deuorabũt eos aues morsu amarissi
mo. Dẽtes bestiarũ imittã i eos cũ furore
trahẽtiũ sup terrã atq; serpẽtũ. Foris ua-
stabit eos gladi⁹ ⁊ it⁹ pauor iuuenẽ simul
ac uirginẽ lactẽtẽ cũ homine sene. Et dixi:
Vbi nã sũt? Cessare faciaz ex hoib⁹ memo
riã eorũ: sz ꝓpter irã inimicorũ distuli: ne
forte sibirent hostes eorũ ⁊ dicerẽt: Man⁹
nostra excelsa: ⁊ nõ dñs fecit hec oĩa. Gens
absq; ꝓsilio ẽ ⁊ sine prudẽtia: utinã sapent
⁊ intelligerẽt: ac nouissima ꝓuiderẽt. Quo
modo persequebatur unus mille: ⁊ duo fu
garẽt decẽ milia? Mõne ideo quia deus su-
us uẽdidit eos: ⁊ dñs cõclusit illos? Nõ.n.
est deus noster ut dij eorũ: ⁊ inimici nostri
sunt iudices. De uinea sodomorum uinea
eorum: ⁊ de suburbanis gomorre uua eo-
rum uua fellis: ⁊ botrus amarissimus: fel
draconum uinum eorum: ⁊ uenenum aspi
dum isanabile. Mõne hec cõdita sunt apud
me: ⁊ signata in thesauris meis? Mea est
ultio: ⁊ ego retribuam eis in tempore: ut
labatur pes eorum. Iuxta ẽ dies pditionis

7 adesse festinãt tẽpora. Iudicabit dñs ppl3 suū 7 i seruis suis miserebit. Videbit q̄ ifirmata sit manus 7 clausi q3 defecerunt: resi-duiq3 cōsūpti sūt 7 dicēt: Ubi sūt dij eorū i q̄b' hēbāt fiduciā: De q̄rū uictimis cōedebāt adipes: 7 bibebāt uinū libaminū: Surgāt 7 opitulētur uob: 7 i necessitate uos pte-gāt. Videte q̄ ego sim solus 7 nō sit ali' de' pter me. Ego occidā: 7 ego uiuere faciā: percutiā 7 ego sanabo: 7 nō ē q̄ de manu mea possit eruere. Leuabo ad celū manū meā 7 dicā: Uiuo ego i ētnū. Si acuero ut fulgur gladiū meū 7 arripuerit iudiciū man' mea: Reddā ultionē hostib' meis: 7 his q̄ odeūt me retribuā. Inebriabo sagittas meas sanguine: 7 gladius me' deuorabit carnes: de cruore occisorū 7 de captiuitate nudati inimicorū capitū. Laudate gētes ppl3 ei': quia sāguinē seruorū suorū ulciscet 7 uindictā retribuet i hostes eoz: 7 ppitiab'it terre ppli sui. Uenit g̃ moyses 7 locut' ē oia vba cantici hui' i auribꝫ ppli ipe 7 iosue fili' nun. Cōpleuitq3 oēs sermōes istos loquēs ad uniuersum isrl 7 dixit ad eos: Ponite corda vra in oia uerba mea q̄ ego testificor uob hodie: ut mādetis ea filijs vris custodire 7 facere 7 iplere uniuersa q̄ scripta sūt i uolumie legis hui': qa nō i cassū pcepta sūt uob sz ut singuli i eis uiuerēt: q̄ faciētes lōgo p-seueretis tẽpore i terra ad quā iordane trās-misso ingredimini possidēdā. Locutusq3 est dñs ad moysē i eadē die dicēs: Ascēde i mōtē istū abarī. i. trāsito in montē nebo: q̄ ē in terra moab cōtra hiericō: 7 uide terrā chanaā quā ego tradā filijs isrl' obtinēdam: 7 morere i mōte. Quē cōscēdēs iungeris populis tuis: sicut mortu' ē aarō frater tuus i mōte hor: 7 appositus ppl'is suis: qa p̄uaricati estis cōtra me i medio filiorū isrl' ad aq̄s cōtradictiōis i cades deserti syn: 7 nō sanctificastis me iter filios isrl'. Ecōtra uidēbꝫ terrā 7 nō ingredieris i eā: quā ego dabo filijs israel.

XXXIII

Hec ē bñdictio q̄ benedixit moyses homo dei filijs isrl' āte mortē suaz 7 ait: Dñs de syna uenit: 7 de seyr ortus ē nobis. Apparuit de mōte pharā 7 cū eo sanctoruz milia. In dextra ei' ignea lex dilexit pplos. Oēs sancti i manu illi' sūt: 7 q̄ appropiquāt pedib' ei' accipiēt de doctrina illi'. Legē p-cepit nobis moyses: hereditatē multitudis iacob. Erit apud rectissimū rex cōgregatis pricipibus populi cū tribub' isrl'. Uiuat ruben 7 nō moriatur: 7 sit paruus i numero: Hec ē iude benedictio. Audi dñe uocē iude 7 ad populū suū itroduc eū. Man' eius pugnabūt p eo: 7 adiutor illi' cōtra aduersarios ei' erit. Leui q̄z ait: Perfectio tua 7 doctrina tua a uiro sancto tuo quē pbasti in tẽtatione: 7 iudicasti ad aq̄s cōtradictionis. Qui dixit pri suo 7 matri sue: Nescio uos: 7 frib' suis ignorauit illos: 7 nescierūt filios suos. Hi custodierūt eloquiū suū: 7 pactū tuū seruauerūt iudicia tua o iacob: 7 legē tuam o isrl'. Ponēt thymiama i furore tuo: 7 holocausta sup altare tuū. Benedic dñe fortitudini ei': 7 opa manuū illi' suscipe: Percute dorsa inimicorū ei' : 7 qui oderūt eū nō cōsurgāt. Et beniamin ait: Amātissim' domini habitabit cōfidēter i eo: q̄si in thalamo tota die morabit: 7 iter humeros illi' requiescet. Ioseph q̄z ait: De bñdictōe dñi terra ei': de pomis celi 7 rore atq3 abyssо subiacēte. De pomis fructuū solis ac lune: de uertice antiquorū mōtiū: de pomis colliū eternorū: 7 de frugib' terre: 7 de plenitudie ei'. Bñdictio illi' q̄ apparuit i rubo ueniat sup caput ioseph: 7 sup vticē nazarei inē fratres suos. Quasi pmogeniti tauri pulchritudo eius cornua rhinocerotis cornua illi'. In ipis uētilabit gētes usq3 ad terminos terre. Hec sūt multitudines ephrai: 7 hec milia manasse. Et zabulon ait: Letare zabulō i exitu tuo: 7 issachar i tabernaculis tuis: pplos uocabūt ad mōtē: ibi immolabūt uictimas iustitie. Qui iundationē mari q̄si lac suggēt: 7 thesauros abscōditos arenarū. Et gad ait: Bñdictus i latitudie gad. Quasi leo requieuit: cepitq3 brachiū 7 uerticē: Et uidit pricipatū suū q̄ i pte sua doctor esset reposit': q̄ fuit cū pricipib' ppli 7 fecit iustitias dñi 7 iudicia cū suis cū isrl'. Dan catulus leonis fluet largiē de basan. Et neptali dixit: Neptali abūdātia pfruet: 7 plen' erit bene dictiōib' dñi. Mare 7 meridiē possidebit. Aser q̄z ait: Bñdictus i filijs aser: Sit placēs fratrib' suis: 7 tīgat i oleo pedē suum. Ferrū 7 es calciamētū ei': sic dies iuuētutis tue: ita 7 senect' tua. Nō est alius ut de' rectissimi. Ascensor celi auxiliator tu'. Magnificētia ei' discurrūt nubes: habitaculuz eius sursū 7 subter brachia sēpiterna. Ejciet a facie tua inimicū: dicetq3: cōterē. Habitabit isrl' pfidēter 7 solus. Oculus iacob

57

Iudas

Leui

Beniamin

Ioseph

Ephraim

Gad

Dan

Neptalim

Aser

in terra frumēti ⁊ uini: celiq; caligabūt ro-
re. Beat⁹ tu ifrl: Quis ſilis tui pple q ſalua
ris i dño: Scutū auxilij tui: ⁊ gladi⁹ glozie
tue. Negabūt te inimici tui: ⁊ tu coruz col
la calcabis. ¶ XXXIIII

Ascēdit ḡ moyſes de cāpeſtrib⁹ moab
ſup mōtē nebo in uerticē phaſga con
tra hiericō: oñditq; ei dñs oēm terrā gala-
ad uſq; dan: ⁊ uniuerſū neptali: terramq;
ephraim ⁊ manaſſe: ⁊ oēz terraz iuda uſq;
ad mare nouiſſimū ⁊ auſtralē partē ⁊ lati-
tudinē cāpi hiericō ciuitatis palmarū uſq;
ſegoz. Dixitq; dñs ad eū: Hec ē terra ꝑ qua
iurauī abzaā iſaac ⁊ iacob dicēs: Semi tuo
dabo eā. Vidiſti eā oculis tuis ⁊ nō trāſibi
ad illā. Mozturuſq; ē ibi moyſes ſeru⁹ dñi
i terra moab iubēte dño: ⁊ ſepeliuit eum in
ualle terre moab cōtra phogoz: ⁊ non cog-
uit hō ſepulchrū ei⁹ uſq; i pñtē diē. Moy-
ſes cētū ⁊ uigīti ānorū erat qñ mozturus ē.
Nō caligauit oculus ei⁹: nec dētes illi⁹ moti
ſūt. Fleuerūtq; eū filij iſrl i cāpeſtrib⁹ mo-
ab trigīta diēb⁹: ⁊ cōpleti ſūt dies planctus
lugētiū moyſē. Josue aūt fili⁹ nun repletus
ē ſpiritu ſapiētie: qa moyſes poſuit ſup euz
man⁹ ſuas ⁊ obedierūt ei filij iſrl: fecerunt
q; ſicut ꝓcepit dñs moyſi. Et nō ſurrexit ꝑ
pheta ultra i iſrl ſicut moyſes: quem noſſet
dñs facie ad faciē i oibus ſignis atq; poten
tijs q miſit per eū ut faceret in terra egypti
pharaoni ⁊ oīb⁹ ſeruis ei⁹ uniuerſeq; terre
illi⁹: ⁊ cūctā manū robuſtā: magnaq; mira
bilia que fecit moyſes cora uniuerſo iſrl.

Here ꝑz of Sepultū & mozte Moyſi

¶ Explicit Deuteronomiū. Incipit ꝓlog⁹
bti Hieronymi preſbyteri i librum Josue.

Andez finito pētateucho
moyſi uelut grādi fenore
liberati ad ieſū filiū naue
manū mittim⁹ quē hebzei
ioſue ben nun. i. ioſue filiū nū uocāt: ⁊ ad iudicū
libzū quē ſopthīz appellāt: ad ruth q; ⁊ he
ſter q; biſdē noib⁹ efferūt. Monemuſq; le
ctorē ut ſiluā hebraicorū noiuz: ⁊ diſtictio
nes p mēbra diuiſas: diligēs ſcriptura con
ſeruet: ne ⁊ nī labor ⁊ illi⁹ ſtudiū peat. Et
ut ipīmis qō ſepe teſtatus ſum ſciat me ñ
i reprehēſionē ueterū noua cudere: ſicut a-
mici mei crimināt̄: ſed ꝑ uirili portione
offere ligue mee boib⁹: q; tñ nīa delectāt:
vt ꝑ grecoz exēplis q ⁊ ſūptu ⁊ labōe ma
ximo idigēt: editionē noſtrā hēant. Et ſicu
bi i ātiq; uoluminū lectiōe dubitarit: hec
illis cōferētes inueniāt qō reqrūt: maxie cuz
apud latinos tot ſint exēplaria q̄t codices:
⁊ unuſq̄ſq; ꝑ arbitriū ſuū uel addiderit ul
ſubtraxerit qō ei uiſū ē: ⁊ utiq; nō poſſit ue
rū eſſe qō diſſonat. Unde ceſſet arcuato ul
nere ꝓtra nos iſurgere ſcoꝛpi⁹: ⁊ ſāctū opus
uenenata carpere lingua deſiſtat: uel ſuſcipi-
ens ſi placet: uel cōtēnēs ſi diſplicet: memi-
neritq; illoz uerſuū. Os tuū abundauit
malicia: ⁊ lingua tua cōcinnabat dolos. Se-
dēs aduerſus fratrē tuū loq̄baris: ⁊ aduer
ſus filiū matris tue ponebas ſcādalū: hec
feciſti ⁊ tacui. Exiſtimaſti iniq; q ero tui ſi-
milis: arguā te ⁊ ſtatuā illa cōtra faciē tuā.
Que.n. audietis uel legētis utilitas ē nos
laboziādo ſudare: ⁊ alios detrahēdo labo-
rare: dolere iuōos: q; calūniādi eis ⁊ irridē
di chriſtianos ſit oblata occaſio: ⁊ eccleſie
hoies id deſpicere imo lacerare: ūde aduer
ſarij torqueāt? Qi ſi uetus eis tātū iterpre-
tatio placet: q̄ ⁊ mihi non diſplicet: ⁊ nihil
extra recipiēdū putāt: cur ea q̄ ſub aſtericis
⁊ obelis uel addita ſūt uel āputata: legūt
⁊ negligūt? Quare danielē iuxta theodoti
onis traditionē eccle ſuſceperūt? Cur ori-
genē mirātur ⁊ euſebiū pāphili: cūctas e-
ditiōes ſiliter diſſerētes? Aut q̄ fuit ſtulti-
tia poſtq̄ uera dixerit proferre q̄ falſa ſē.
Unde aūt i nouo teſtamēto ꝓbare poterūt
aſſūpta teſtimonia: q̄ i libris ueterib⁹ ñ hīn-
tur? Hec dicim⁹ ne oio calūniātib⁹ tacē uid
amur. Ceteꝛ p⁹ ſācte paule dōmitionē: cui⁹
uita virtutis exēplū eſt: ⁊ hos libros q̄s eu
ſtochio uirgini chriſti negare nō potui: de⁹
creuim⁹ dū ſpūs hos regit art⁹ ꝓphetaruz
explanationi ioūbere: ⁊ omiſſū iadiu opus
q̄ q̄dā poſtliminio repetere: ꝑſti cū āmira
bilis ſāctus uir pāmachi⁹ hoc idē litter⁹ fla
gitet: ⁊ nos ad patrie feſtinātes mōtiſeros
ſyrtarū cāt⁹ ſurda debeam⁹ aure tranſire.

¶ Explicit prologus. Incipit argumētū.

Jesus fili⁹ nane typū dñi nō ſolū in
geſtis uerūt i noie gerēs trāſit tō
danē: hoſtiū regna ſubuertit: diui-
dit terrā victozi pplo: ⁊ ꝑ ſingulas urbes ui
culos mōtes flumia tozrētes atq; ꝓfinia ec
cleſie celeſtiſq; urbm ſpualia regna ꝺſcribit

Incipit liber Iosue. Capm. I.

T factuz est post mortē moysi serui dñi: ut loq̄rē dñs ad iosue filiuz nun ministrū moysi ⁊ diceret ei: Moyses ſu⁹ me⁹ mortu⁹ ē: Surge ⁊ transi iordanē istū tu ⁊ oīs ppl's tecū i terrā quā ego dabo filijs isrl. Oēz locū quē calcauēit uestigiū pedis uī uobis tradā: sicut locut⁹ sū moysi. A deserto ⁊ libano usq; ad fluui um magnū cuphratē oīs ⁊ra ethеoꝝ usq; ad mare magnū cōtra solis occasū erit ter-min⁹ uester. Nullus poterit uobis resistē cū ctis dieb⁹ uite tue. Sicut fui cū moyse ita ero tecū: nō dimittā nec derelīquā te: cōfor tare ⁊ esto robustus. Tu eni sorte diuides populo huic terrā: p q̄ iuraui p̄rib⁹ tuis: ut tradarē eā illis. Cōfortare igit ⁊ esto robu stus ualde: ut custodias ⁊ facias oēz legez: quā p̄cepit tibi moyses seru⁹ me⁹: ne declī nes ab ea ad dextrā uł ad sinistrā: ut itelli gas cūcta q̄ agis. Nō recedat uolumē legis huj⁹ ab ore tuo: sz meditaberis i eo dieb⁹ ac noctib⁹: ut custodias ⁊ facias oīa q̄ scripta sūt i eo: tunc diriges uiā tuā ⁊ itelliges eā. Ecce p̄cipio tibi: ꝓfortare ⁊ esto robust⁹. Noli metuere ⁊ noli timere: qm̄ tecū ē dñs de⁹ tu⁹ i oīb⁹ ad q̄cūq; perrexeris. Precepit q; iosue p̄cipib⁹ ppli dicēs: Trāsite p me diū castrorū ⁊ iperate ppl'o ac dicite: Pre parate uobis cibaria: qm̄ post diē tertium trāsibitis iordanē ⁊ intrabitis ad possidēdā t̄ rā quā dñs de⁹ uī datur⁹ ē nobis. Rubēitis q; ⁊ gadditis ⁊ dimidie tribui manasse ait: Memētote sermōis quē p̄cepit uob⁹ moy ses famul⁹ dñi dicēs: Dñs de⁹ uī dedit uob⁹ requiē ⁊ oēz terrā. Uxores uīe ⁊ filij uīi ac iumēta manebūt i terra: quā tradidit uob⁹ moyses trāſ iōdanē: Vos aūt trāsite arma ti ante fratres uīos oēs fortes manu ⁊ pu gnate p eis: dōec det requiē dñs frib⁹ uīis: sic ⁊ uob⁹ dedit: ⁊ possideāt ipsi q; terrā quaz dñs de⁹ uī datur⁹ ē eis: ⁊ sic reuertimi i t̄rā possessiōis uīe. ⁊ habitabitis i ea: quā uobis dedit moyses fāulus dñi trāſ iordanē ꝓtra solis ortū. Rñdrūtq; ad iosue atq; dixerūt: Oīa q̄ p̄cepisti nobis faciem⁹: ⁊ quocunq; miseris ībim⁹. Sic obediuim⁹ i cūctis moysi ita obediem⁹ ⁊ tibi: tm̄ sit dñs de⁹ tecū sic fuit cū moyse. Qui cōtradixerit ori tuo ⁊ nō obedierit cūctis sermonib⁹ q; p̄cepis ei moriatur: tu tm̄ cōfortare ⁊ uirilit age.

Misit igitur iosue filj⁹ nun de sethin duos uiros exploratores i abscondito ⁊ dixit eis: Ite ⁊ cōsiderate terrā z urbēq; hie rico. Qui pergētes ingressi sūt domū mulie ris meretricis noie raab ⁊ q̄euerūt apud eam. Nunciatūq; ē regi hierico ⁊ dictū: Ec ce uiri ingressi sūt huc p noctez de filijs isrl: ut explorent terrā. Misitq; rex hierico ad raab meretricem dicens: Educ uiros q̄ ue nerūt ad te: ⁊ ingressi sūt domū tuā: explora tores quippe sūt ⁊ oēm terrā cōsiderare ue nerūt. Tollēsq; mlier uiros abscōdit ⁊ ait: Fateor: uenerūt ad me sed nesciebā unde es sēt. Cūq; porta clauderet i tenebrīs ⁊ illi pa riter exirēt: nescio quo abierūt: persequmini cito ⁊ p̄p̄hēdetis eos. Ipsa aūt fecit ascēde re uiros i solariū dom⁹ sue: operuitq; eos stipula lini q̄ ibi erat. Hi ät q̄ missi fuerant secuti sūt eos p uiā: que ducit ad uadū ior dānis: illisq; egressis statī pōta clausa ē. Nec dū obdormierāt q̄ latebāt: ⁊ ecce mulier a scēdit ad eos ⁊ ait: Noui q⁹ dñs tradiderit uobis terrā: eteni irruit in nos t̄ror uester ⁊ elāguerūt oēs habitatores terre. Audiuim⁹ q⁹ siccauerit dñs aq̄s maris rubri ad vīm itroitū q̄n egressi estis ex egypto: ⁊ que fece ritis duob⁹ āmoꝛreorū regibus q̄ erant trāſ iordanē seon ⁊ og: q̄s interfecistis. Et hec au diētes ptimuim⁹ ⁊ elanguit cor nīz: nec re mānsit i nob⁹ sp̄us ad itroitū uestrū. Dñs.n. deus uester ipe ē deus i celo sursū: ⁊ i terra deorsū. Nūc g̃ iurate mihi p dñm ut qūo ego misericordiā feci uobiscū: ita ⁊ uos facie t̄ cū domo p̄is mei: detisq; mihi uestrū si gnū ut saluetis p̄ez meū ⁊ matrē fratres ac sorores meas ⁊ oīa q̄ illorū sunt: ⁊ eruatis aīas nīas a morte. Qui rñderūt ei: Ālia no stra sit p nobis i mortē: si tm̄ nō prodideris nos. Cūq; tradiderit nobis dñs terrā facie m⁹ i te misericordiā ⁊ vitatē. Dimisit g̃ eos p funē ꝺ fenestra. Dom⁹ eni ei⁹ herebat mu ro. Dixitq; ad eos: Ad mōtana cōscēdite: ne forte occurrāt uob⁹ reuertētes: ibiq; lati tate tribus dieb⁹ donec redeāt: ⁊ sic ibitis p uiā vīam. Qui dixerūt ad eā: Innoxi eriz⁹ a iuramēto hoc q̄ adiurasti nos si igredīēti b⁹ nob⁹ t̄rā signū n fuerit funiculus iste coc cineꝰ: ⁊ ligauēis eū i fenestra per quā dimisi sti nos: ⁊ p̄ez tuū ac matrē fratresq; ⁊ oēz

cognationē tuā cōgregauēisi domū tuam. Qui ostiū dom⁹ tue egressus fuerit: sāguis ipi⁹ erit i caput ei⁹ ⁊ nos erimus alieni. Cūctorū aūt sāguis: qui tecū i domo fuerit redūdabit i caput nostrū si eos aliquis tetigerit. Q si nos ꝓdere uoluerī ⁊ sermonē istū ꝓferre i mediū: erim⁹ mūdi ab hoc iurāmto q̄ adiurasti nos. Et illa rn̄dit: Sicut locuti estis ita fiat. Dimittēsq; eos ut pergerent appēdit funiculū coccineū i fenestra. Illi uero ambulātes ꝑuenerūt ad mōtana: ⁊ manserūt ibi tres dies: donec reuerterēt qui fuerāt ꝑsecuti. Querētes .n. per omnē uiā nō reppererūt eos: quibus urbē igressis reuersi sūt ⁊ descēderūt exploratores de mōte: ⁊ trāsmisso iordāe uenerūt ad iosue filiū nun narrauerūtq; ei oīa q̄ acciderāt sibi atq; dixerūt: Tradidit dn̄s oēm terrā hāc i man⁹ nostras: ⁊ timore ꝓstrati sūt cuncti habitatores ei⁹.

¶ III

Igitur iosue ꝺ nocte ꝯsurgēs mouit castra: egrediētesq; ꝺ sethi: uenerūt ad iōdanē ipe ⁊ oēs filij isrl: ⁊ morati sūt ibi ꝑ tres dies: q̄b⁹ euolutis trāsierūt ꝑcones ꝑ castrorū mediū ⁊ clamare ceperūt: Qn̄ uideritis arcā federis dn̄i dei vr̄i: ⁊ sacerdotes stirpis leuitice portātes eā: uos q̄ꝫ cōsurgite ⁊ seq̄mini precedētes: sitq; iter uos ⁊ arcā spatium cubitorū duū miliū: ut ꝓcul magis viꝺre possitis ⁊ nosse per quā uiā igrediamini: quia pri⁹ nō ābulastis ꝑ eā: ⁊ cauete ne appropiquetī ad arcā. Dixitq; iosue ad ppl'z: sāctificamini: cras .n. faciet dn̄s iter uos mirabilia. Et ait ad sacerdotes: Tollite arcā federis ⁊ ꝑcedite ppl'm. Qui iussa cōplētes tulerūt ⁊ ābulauerūt ante eos. Dixitq; dn̄s ad iosue: Hodie icipiā exaltare te corā oī isrl: ut sciāt q̄ sicut cū moyse fui: ita ⁊ te cū sū. Tu aūt ꝑcipe sacerdotib⁹ q̄ portant arcā federis ⁊ dic eis: Cū igressi fueritis ꝑtē aque iordanis: state in ea. Dixitq; iosue ad filios isrl: Accedite huc ⁊ audite v̄bum dn̄i dei vr̄i. Et rursū i hoc iq̄t: scietis q̄ dn̄s de⁹ uiuēs i medio uestri ē: ⁊ dispdet i ꝯspectu uestro chananeū et etheū et pherezeum gergeseū q̄ꝫ et iebuseū et āmorreū. Ecce arca federis dn̄i oīs terre antecedet uos ꝑ iordanē: Parate duodeci uiros de duodecim tribubus isrl singulos per singulas tribus Et cū posuerit uestigia pedū suorū sacēdotes qui portāt arcā federis dn̄i dei uniuēse terre i aquis iordanis: aque que inferiores sūt decurrēt atq; deficiēt: que autē desuperueniūt i una mole cōsistēt. Igitur egressus ē populus de tabernaculis suis ut trāsirent iordanē: ⁊ sacerdotes q̄ portabāt arcā federis ꝑgebāt āte eū. Ingressisq; eis iordanē ⁊ pedib⁹ eorū i parte aque tinctis: iordāis āt ripas aluei sui tēpore messis ipleuerat: steterūt aque descēdētes i loco uno ⁊ ad istar mōtis itumescētes apparebāt ꝓcul ab urbe q̄ uocatur edom usq; ad locū sarthan: que aūt iferiores erāt i mare solitudīs: qꝺ nūc uocatur mortuū: descēderūt usq;q̄ oīo deficerēt. Populus aūt icedebat cōtra iordanē: ⁊ sacerdotes q̄ portabāt arcā federis domini stabāt sup siccā humū i medio iordanis acciti: oīsq; populus per arētē alueum transibat.

¶ IIII

Quib⁹ trāsgressis dixit dn̄s ad iosue: Elige duodeci uiros singulos ꝑ singulas tribus: ⁊ precipe eis ut tollāt de medio iordanis alueo ubi steterūt pedes sacerdotum duodeci durissimos lapides: quos ponetis i loco castrorū: ubi fixeritis hac nocte tētoria. Uocauitq; iosue duodeci uiros quos elegerat de filijs israel singulos de singulis tribubus ⁊ ait ad eos: Ite ante arcam domini dei uestri ad iordanis mediū: ⁊ pōtate ide singuli singulos lapides i hūerī vr̄is iuxta nūerū filiorū isrl: ut sit signū iter uos ⁊ qn̄ iterrogauerit uos filij vr̄i cras dicentes: q̄d sibi uolūt isti lapides? rn̄debitī eis: Defecerūt aq̄ iordanis an̄ arcā federis dn̄i cū trāsiret eū: iccirco positi sūt lapides isti i monimētū filiorū isrl usq; i etnū. Fecerūt ḡ filij isrl sicut precepit eis iosue pōtātes ꝺ medio iordāis alueo duodecim lapides ut dn̄s ei iperarat iuxta nūerū filiorū isrl usq; i locū i q̄ castrametati sūt: ibiq; posuerunt eos. Alios q̄ꝫ duodeci lapides posuit iosue i medio iordanis alueo ubi steterūt sacerdotes q̄ portabāt arcā federis dn̄i: ⁊ sūt ibi usq; in pn̄tē diē. Sacerdotes āt q̄ portabāt arcā stabāt i iordāis medio: donec oīa complerēt: q̄ iosue ut loq̄ret ad opl'm ꝑcepat domin⁹: ⁊ dixerat ei moyses. Festinauitq; popul⁹ ⁊ trāsijt. Cūq; trāsissēt oēs: trāsiuit ⁊ arca dn̄i: sacerdotes q̄ꝫ ꝑgebāt an̄ ppl'z. Filij q̄ꝫ rubē ⁊ gad ⁊ dimidia tribus manasse armati ꝑcedebāt fr̄es suos filios isrl: sicut eis ꝑcepat moyses ⁊ q̄draginta pugnatorū milia ꝑ turmas ⁊ cuneos icedebāt ꝑ plana atq; campestria urbis hierico. Illo die

magnificauit dñs iosue corā oī isrl: ut timerēt eū: sicut timuerāt moysen dū adhuc uiueret. Dixitq; ad eū: Precipe sacerdotib' q portāt arcā federi dñi ut ascendāt de iordane. Qui pcepit eis dicēs: Ascēdite ō iōdāe. Cūq; ascēdissēt portātes arcā federi dñi: z siccā humū calcare cepissēt: reuersē sūt aq i alueū suum: z fluebāt sicut añ cōsueuerāt. Populus aūt ascēdit de iordane ōcio die mēsis pmi: z castrametati sūt i galgalis contra orientalē plagā urb' hierico. Duodecim q; lapides q; ō iordānis alueo sūpserant posuit iosue i galgalis z dixit ad filios isrl: qñ interrogauerit filij vri cras pres suos z dixerit eis: Quid sibi uolūt lapides isti: docebitis eos atq; dicetis: Per arētē alueū transiuit isrl iordanē istū siccāte dño deo nro aqs ei' i cōspectu nro: dōec trāsirem' sicut fecerat p' i mari rubro: qđ siccauit dōec trāsirem': ut discāt oēs trarū ppli fortissimā dei manū: ut z uos timeatis deū viz ōi tpe.

Postq; g audierūt oēs reges āmorreorū q habitabāt trās iordanē ad occidentalē plagā z cūcti reges chanaā: q; ppinqua possidebāt magni maris loca: q; siccasset dominū fluēta iordanis corā filijs isrl donec trāsirēt: dissolutū ē cor eorū z nō remānsit i eis spūs timētiū itroitū filiorū isrl. Eo tpe ait dñs ad iosue: Fac tibi cultros lapideos: z circūcide secūdo filios isrl. Fecit q; quod iusserat dñs z circūcidit filios isrl i colle preputiorū. Hec aūt ē causa secūde circūcisionis. Oīs ppls q egressus ē de egypto generis masculini vniuersi bellatores uiri mortui sūt i deserto p lōgissimos uie circuit': q oēs circūcisi erāt: ppls aūt q natus ē i deserto p q̄dragīta ānos itineris latūsse solitudinis icircūcisus fuit: donec cōsumerentur q nō audierūt uocem dñi: z q̄bus ante iurauerat ut ostēderet eis terram lacte z melle manātē. Horū filij i locū successerūt pium z circūcisi sūt a iosue: q sicut nati fuerāt i p̄putio erāt: nec eos i uia aliq; circūciderat.

Postq; aūt oēs circūcisi sūt: manserūt i eo dē castrorū loco donec sanarētur. Dixitq; dñs ad iosue: Hodie abstuli opprobriū egypti a uob'. Vocatūq; ē nomē loci illi' galgala usq; i p̄sētē diē. Mānseritq; filij isrl i galgal' z fecerunt phase quartadecima die mēsis ad uesperū in campestribus hiericō: z comederunt de frugibus terre die altero et azimos panes et polētā eiusdē āni. Defecitq; mānna postq; comederūt de frugibus terre: nec usi sūt ultra cibo illo filij isrl: sz comederunt ō frugibus p̄ntis āni terre chanaā.

Cū autez esset iosue i agro urbis hiericō leuauit oculos z uidit uirū stātē cōtra se euaginatū tenētē gladiū: prexitq; ad eū z ait: Noster es an aduersariorū? Qui rndit: Neq; q: sed sū princeps exercitus domi: z nunc uenio. Cecidit iosue pnus i terrā z adorās ait: Quid dñs me' loq̄tur ad seruū suū. Solue inq̄t calciamētū de pedib' tuis. Locus eni i quo stas sctus ē. Fecitq; iosue ut sibi fuerat imperatum

VI

Hiericō aūt clausa erat atq; munita timore filiorū isrl: z nullus egredi audebat aut ingredi. Dixitq; dominus ad iosue: Ecce dedi i manus tuas hiericō z regē ei': oēsq; fortes uiros: circuite urbē cūcti bellatores semel per diē: sic facietis sex dieb': septimo aūt die sacerdotes tollēt septē buccinas: quarū usus ē i iubileo z pcedēt arcā federis: Septiesq; circuibitis ciuitatē: z sacerdotes clāgēt buccinis. Cūq; īsonuerit uox tube lōgior atq; cōcisior z i aurib' vris intrepuerit cōclamabit oīs ppls uociferatiōe maxima: z muri fūditus corruēt ciuitatis: ingredieturq; singuli per locū cōtra quē ste terit. Vocauit g iosue filī' nun sacerdotes z dixit ad eos: Tollite arcā federis z septē alij sacerdotes tollāt septē iubileorū buccinas z icedāt āte arcā domi. Ad ppl'z q; ait: Ite z circuite ciuitatē armati precedētes arcā dñi. Cūq; iosue vba finissēt: z septem sacerdotes septē buccinis clāgerēt añ arcā fēderis dñi: oīsq; ppls p̄cederet armati exercit' reliquū uulg' arcā seq̄bat: ac buccinis omnia cōcrepabāt. Preceperat aūt iosue pplo dicēs: Nō clamabitis nec audiet uox vra: neq; ullus sermo ex ore vro egredietur: dōec ueniat dies i quo dicā uobis: Clamate z uociferami. Circuiuit g arca dñi ciuitatē semel per diem: z reuersa in castra māsit ibi. Igit iosue de nocte cōsurgēte: tulerūt sacerdotes arcam domini: z septem ex eis septem buccinas quarum in iubileo usus est: precedebantq; arcam domini ambulantes atq; clā gentes: z armatus populus ibat ante eos: uulgus autem reliquū sequebatur arcam z buccinis personabat. Circuieruntq; ciuitatem secūdo die semel z reuersi sūt in castra. Sic fecerūt sex dieb'. Die aūt septimo

diluculo cõsurgẽtes circuierũt urbẽ: sic̃ dispositũ erat septies. Cũq; septimo circuitu clãgerẽt buccinis sacerdotes: dixit iosue ad oẽm isrl̃: Vociferami: Tradidit. n. uob̃ dñs ciuitatẽ. Sitq; ciuitas hec anathema ⁊ oia q̃ i ea sũt dño. Sola raab meẽtrix viuat cũ vniuersis q̃ cũ ea i domo sũt. Abscõdit. n. nũcios q̃s direxim⁹. Vos ãt cauete ne ò his q̃ ꝙcepta sũt vob̃ quippiã ꝓtigatis: ⁊ sitis ꝓuaricatiõis rei: ⁊ oia castra israel sub peccato sit atq; turbẽt. Quicq̃d ãt auri aut argẽti fuẽrit ⁊ vasoꝝ eneoꝝ ac ferri: dño ꝓsecret: reposituũ i thesauris ei⁹. Igit̃ oi pplo vociferãte ⁊ clãgẽtib⁹ tubis postq; i aures multitudinis vox sonitusq; increpuit: muri illico corruerunt: ⁊ ascendit vnusq̃sq; ꝑ locũ q̃ cõtra se erat. Ceperũtq; ciuitatẽ: ⁊ itfecerũt oia q̃ erãt i ea a viro vsq; ad mulierẽ: ab infante vsq; ad senẽ. Boues q̃s ⁊ oues ⁊ asinos i ore gladij pcusserũt. Duob⁹ ãũt viris q̃ exploratores missi fuerãt dixit iosue: Ingredimini domũ mulieris meretricis ⁊ pducite eã: et oia q̃ illi⁹ sũt: sicut illi iuramẽto firmastis. Ingressiq; iuuenes eduxerũt raab ⁊ parentes ei⁹: frẽs q̃s ⁊ cũcta supellectilẽ ac cognationẽ illi⁹: ⁊ extra castra isrl̃ manẽ fecerunt. Vrbẽ ãũt ⁊ oia q̃ iuẽta sũt i ea: succẽderũt: absq; auro ⁊ argẽto ⁊ vasis eneis ac ferro: q̃ i erariũ dñi ꝓsecrarũt. Raab vo meretricẽ ⁊ domũ pris ei⁹ ⁊ oia q̃ habebat: fecit iosue viuere: ⁊ habitauerit i medio isrl̃ vsq; in pñtẽ diẽ: eo q̃ abscõderit nũcios q̃s miserat vt explorarẽt hierico. In tpe illo imꝑcat⁹ ẽ iosue dicẽs: Maledictus vir coꝝ dño: qui suscitauerit: ⁊ edificauerit ciuitatẽ hierico. In ꝓmogenito suo fundamẽta illi⁹ iaciat: ⁊ i nouissimo liberoꝝ põat portas ei⁹. Fuit q̃ dñs cũ iosue: ⁊ nomẽ ei⁹ vulgatũ ẽ i oi tra.

Filij ãũt isrl̃ ꝓuaricati sunt mãdatũ: ⁊ vsurpauerunt de anathemate. Nã achan filius charmi filij zabdi filij zare de tribu iuda tulit aliquid de anathemate. Iratusq; est dñs contra filios isrl̃ Cumq; mitteret iosue de hierico viros cõtra hay que est iuxta bethauen ad orientalem plagã oppidi bethel: dixit eis: Ascendite: ⁊ explorate terrã. Qui precepta complẽtes exploraverunt hay. Et reuersi dixerunt ei: Non ascendat omnis populus: sed duo uel tria milia viroruꝝ pergant ⁊ deleant ciuitatẽ. Quare ois populus frustra vexabitur cõtra hostes paucissimos: Ascẽderũt ĝ tria milia pugnatoꝝ qui statim terga vtẽtes pcussi sũt a uiris urbis hay ⁊ corruerũt ex eis trigita ⁊ sex hoies. Persecutiq; sũt eos aduersarij ò porta usq; ad sabarim et ceciderũt ꝑ pna fugiẽtes. Pertimuitq; cõ pplus ⁊ ad instar aq̃ liq̃factũ ẽ. Iosue vo scidit uestimenta sua: ⁊ pronus cecidit i terrã coꝝ arca dñi usq; ad uesperã: tam ipse q̃ oẽs seniores isrl̃. Miserũtq; puluerẽ sup capita sua: ⁊ dixit iosue: Heu dñe de⁹ q̃d uoluisti traducẽ pplum istũ iordanẽ fluuiũ ut traderes nos i manus amoꝝrei ⁊ pderes? Vtinã ut cepimus mãsissemus trãs iordanẽ. Mi dñe de⁹ q̃d dicam uidẽs israelem hostibus suis terga vtẽtẽ? Audiẽt chananei ⁊ oẽs habitatoꝝes tre ⁊ pariẽt ꝙglobati circũdabunt nos atq; ẽlebũt nomẽ nostꝝ de tra. Et q̃d facies mag̃ nomini tuo? Dixitq; dominus ad iosue: Surge: cur iaces ꝓnus i tra? Pec cauit isrl̃ ⁊ ꝓuaricat⁹ ẽ pactũ meũ tulẽtq; ò anathemate ⁊ furati sũt atq; mẽtiti ⁊ absc̃derũt iter uasa sua. Nec poũt isrl̃ stare ã te hostes suos cosq; fugiet: q̃a pollut⁹ ẽ anathemate. Nõ ero vltra vobiscũ: donec conteratis eũ q̃ hui⁹sceleris reus ẽ: surge sanctifica populũ ⁊ dic eis: Sãctificamini i crastinũ Hec. n. dicit dñs de⁹ isrl̃: Anathema in medio tui ẽ isrl̃. Nõ poẽris stare coꝝ hostibus tuis donec deleat ex te q̃ hoc cõtaminat⁹ ẽ scelere: Accedetisq; mãe singli ꝑ trib⁹ vras ⁊ quãcũq; tribũ sors iuenerit accedet ꝑ cognatiões suas ⁊ cognatio ꝑ domos domus q̃s ꝑ uiros ⁊ q̃cũq; ille i hoc faciore fuerit ò prehẽsus cõburet igni cũ oi sbstãtia sua: qm̃ ꝓuaricat⁹ ẽ pactum dñi ⁊ fecit nefas i isrl̃. Surgẽs itaq; iosue mãe applicuit isrl̃ ꝑ tribus suas ⁊ iuẽta ẽ trib⁹ iuda. Que cũ iuxta familias suas eẽt oblata iuẽta ẽ familia zaĩ Illã q̃s ꝑ domos offerẽs repperit zabdi: cuius domũ i sing̃los diuidẽs uiros iuẽit achã filiũ charmi filij zabdi filij zaĩ ò tribu iuda Et ait iosue ad achan: Fili mi da gloriam dño deo isrl̃: ⁊ cõfitere atq; indica mihi q̃d feceris: ne abscõdas. Respõditq; achan iosue ⁊ dixit ei: Vere ego peccaui domino ò isrl̃: ⁊ sic ⁊ sic feci. Vidi enim inter spolia palium coccineum ualde bonũ ⁊ ducentos siclos argẽti: regulamq; aureã quinquaginta siclorum: ⁊ concupiscẽs abstuli: ⁊ abscondi in terra contra mediũ tabernaculi mei: argẽtũq; fossa humo operui. Misit ĝ iosue ministros: q̃ currẽtes ad tabernaculũ

illi reppererũt cũcta abscõdita i eodẽ loco: ⁊ argẽtũ sil. Auferẽtesq; de tẽtorio tulerũt ea ad iosue ⁊ ad oẽs filios isrl: ꝓieceitq; añ dñm. Tollẽs itaq; iosue achã filiũ zare argẽtũq; ⁊ palliũ ⁊ aureã regulã: filios q; ⁊ filias eius: boues ⁊ asinos ⁊ oues ipsũq; tabernaculũ ⁊ cũctã supellectilẽ: ⁊ ois isrl cũ eo: duexrũt eos ad vallẽ achor: ubi dixit iosue: Quia turbasti nos: exturbet te dñs in die hac. Lapidauitq; eũ ois isrl: ⁊ cũcta q illi erãt igne cõsũpta sũt. Cõgregauerũtq; sup eũ aceruũ magnũ lapidũ: q permãet vsq; i pñtẽ diẽ. Et auersus ẽ furor dñi ab eis: Vocatũq; est nomẽ loci illius vallis achor vsq; hodie.

¶ VIII

Dixit aũt dñs ad iosue: Ne timeas: neq; formides. Tolle tecũ oẽm multitudinem pugnatorũ: ⁊ consurgens ascende i oppidũ hay. Ecce tradidi i manum tuam regẽ eius ⁊ pplm: vrbẽq; ⁊ trã. Facies q; urbi hay ⁊ regi eius: sicut fecisti hierico ⁊ regi illi⁹. Predã vo ⁊ oia aiantia diripietis vobis. Pone isidias vrbi p⁹ eã. Surrexitq; iosue ⁊ ois exercit⁹ bellatorũ cũ eo: ut ascẽderent i hay. Et electa trigita milia uirorũ fortiũ misit nocte: ꝓcepitq; eis dicẽs: Ponite isidias post ciuitatẽ. Nec lõgꝰ recedatis: et eritis oẽs parati. Ego aũt ⁊ reliq multitudo q mecũ ẽ: ascẽdem⁹ ex aduerso cõtra urbẽ. Cũq; exierit ꝓtra nos: sic aũ fecim⁹ fugiemus: ⁊ tga vtem⁹ dõec psequẽtes ab vrbe lõgꝰ ptrahãt. Putabunt. n. nos fugẽ sicut pus. Nos g fugiẽtib⁹: ⁊ illis psequẽtib⁹: cõsurgetis de isidijs ⁊ vastabitis ciuitatẽ: tradetq; eã dñs deus uester i manus vras. Cũq; ceperitis succẽdite eã: ⁊ sic oia facietis ut iussi. Dimisitq; eos ⁊ prexerũt ad locũ isidiaꝝ: sedebãtq; iter bethel ⁊ hay ad occidẽtalẽ plagã vrbis hay. Iosue autẽ nocte illa i medio mãsit pplo. Surgẽsq; diluculo recẽsuit socios: ⁊ ascẽdit cũ senioribus i frõte exercit⁹: uallat⁹ auxilio pugnatorũ. Cũq; uenissẽt ⁊ ascẽdissẽt ex aduerso ciuitatis: stetẽrũt ad septẽtrionalẽ urbis plagã: inter quã ⁊ eos uallis erat media. Quinq; aũt milia uiros elegerat ⁊ posuerat in insidijs inter bethauen ⁊ hay ex occidẽtali parte eiusdẽ ciuitatis: omnis uero reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat: ita ut nouissimi multitudinis occidentalem plagam urbis attigerent. Abijt ergo iosue nocte illa: ⁊ stetit in uallis medio. Quod cũ uidisset rex hay festinauit mane: ⁊ egressus est cũ omni exercitu ciuitatis: direxitq; aciem ꝓtra ohtũ: ignorãs q post tergũ laterẽt insidie. Iosue vo ⁊ ois isrl cesserũt loco: simulãtes metũ ⁊ fugiẽtes p solitudinẽ uiã. Et illi uocati ferãtes pariter ⁊ se mutuo cohortãtes: persecuti sũt eos. Cũq; recessissẽt a ciuitate: ⁊ nec un⁹ qdẽ i urbe hay ⁊ bethel remansisset q nõ pseq̃ret isrl: sicut erupant apta oppida reliquẽtes: dixit dñs ad iosue: Leua clypeũ q i mãu tua ẽ ꝓtra urbẽ hay: qm tibi tradã eã. Cũq; elenassẽt clypeũ ex aduerso ciuitatis: insidie q latebãt surrexrũt ꝓtinus: ⁊ pergẽtes ad ciuitatẽ ceperũt: ⁊ succenderũt eam. Viri autẽ ciuitatis q pseq̃bãt iosue: respiciẽtes ⁊ uidẽtes fumũ urbis ad celũ usq; ꝓscẽdere: nõ potuerũt ultra huc illucq; diffugẽre: pserti cũ hi qui simulauerãt fugã: ⁊ tendebant ad solitudinẽ: ꝓtra pseq̃ntes fortissime restitissent. Videsq; iosue ⁊ ois isrl q capta eẽt ciuitas ⁊ fum⁹ urbis ascẽderet: reuersus p cussit uiros hay. Siqdẽ ⁊ illi q ceperant ⁊ succẽderãt ciuitatẽ: egressi ex ũbe ꝓtra suos medios hostiũ ferire cepũt. Cũ g ex utraq; pte aduersarij cederẽt: ita ut nullus ò tanta multitudine saluaret: regẽ q urbis hay apprehẽderũt uiuẽtẽ: ⁊ obtulerũt iosue. Cgitq; oib⁹ iterfectis q isrlẽ ad deserta tendentẽ fuerãt psecuti: ⁊ i eodẽ loco gladio corruentib⁹: uersi filij isrl pcusserũt ciuitatẽ. Erãt aũt q i eodẽ die ꝓciderãt a uiro usq; ad mulierẽ: duodecim milia hoiuz oẽs urbis hay. Iosue vo nõ ꝓtraxit manũ quã in sublime porrexerat tenẽs clypeũ: donec interficerẽtur oẽs habitatores hay. Sumẽta aũt ⁊ pdã ciuitatis diuisẽrũt sibi filij isrl: sicut ꝓceperat dñs iosue. Qui succẽdit urbẽ: ⁊ fecẽ eaz tumulũ sẽpiternũ. Regẽ q eꝰ suspẽdit i patibulo usq; ad uespã ⁊ solis occasũ: ꝓcepitq; iosue ⁊ deposuerũt cadauer eius ò cruce: ꝓiecerũtq; i ipso itroitu ciuitatis cõgesto sup eo magno aceruo lapidũ: q pmãet usq; i pñtẽ diẽ. Tunc edificauit iosue altare dño deo isrl i mõte hebal: sicut ꝓceperat moyses famulus domini filijs isrl: ⁊ scriptuz ẽ in uolumine legis moysi: altare de lapidib⁹ impolitis: quos ferrum non tetigit: ⁊ obtulit super eo holocaustum domino: immolauitq; pacificas uictimas. Et scripsit super lapides deuteronomiũ legis moysi: quod ille digesserat coram filijs isrl. Omnis aũt populus ⁊ omnes maiores natu ducesq; ac

iudicel ſtabāt ex utraq; pte arce i ꝓſpectu ſacerdotū q̄ portabāt arcā federis dñi: ut aduena ita ⁊ idigena. Media parſ eoꝝ iux ta mōtē garizi: ⁊ media iuxta mōtē hebal ſicut ꝑcepat moyſes famul' dñi. Et primū q̄dē bñdixit pplo iſrl': p' hec legit oia vba be nedictōis ⁊ maledictōis: ⁊ cuncta q̄ ſcripta fuerāt i leḡ uolumīe. Nihil ex his q̄ moy ſes iuſſerat reliq̄t iactū: ſz uniuerſa ꝛplica uit coꝝā oi multitudine iſrl' mulieribus ac paruulis ⁊ aduenis qui iter eos mozabant.

IX

Q Ulibus auditis: cuncti reges trans iō doanē. q̄ vſabant i mōtanis ⁊ cāpeſtri bus: i maritimis ac littore magni mariſ: hi q̄z q̄. habitabāt iuxta libanū: et heus ⁊ am moꝛeus chananeus pherezeus ⁊ eueus ⁊ ie buſeus ꝓgregati ſūt parīt: ut pugnarēt con tra ioſue ⁊ iſrl' uno aio eadēq; ſētētia. At hi q̄ habitabāt i gabaō: audiētes cūcta q̄ fece rat ioſue hierico ⁊ hay: callide cogitātes tulerūt ſibi cibaria: ſaccos ueteꝝ aſinis ipo nētes: ⁊ vtres uiarios ſciſſos atq; cōſutos: calciamētaq; pātiq̄: q̄ ad indiciū vetuſtatis pitacijs ꝓſuta erāt: iduti ueteribus ueſtimē tis: panes q̄z q̄s portabāt ob uiaticū: duri erāt ⁊ i fruſta ꝓminuti. Perrexrūtq; ad io ſue q̄ tūc mozabaī i caſtris galgale: ⁊ dixēt ei atq; ſil' oi iſraeli: De terra longinqua uēi mus: pacē uobiſcū facere cupiētes. Reſpō derūtq; filij iſrl' ad eos: atq; dixerūt: Ne fō te i ṫra q̄ nob' ſorte debeť habitariſ: ⁊ nō poſ ſimus fedus inire nobiſcū. At illi ad ioſue ſerui iq̄unt tui ſum'. Quib' ioſue ait: Qui nam eſtis uos: aut unde ueniſtis: Rñderūt: De ṫra lōgiq̄ ualde uenerūt ſerui tui i noie dñi dei tui: Audiuim'. n. famā potētie ei': cūcta q̄ fecit i egypto ⁊ duobus regibus am moreoꝝ q̄ fuerūt trās iozdanē: ſeon regi eſebon ⁊ og regi baſan: q̄ erāt i aſtaroth: di xerūtq; nob' ſenioꝛes ⁊ oēs habitatoꝛes ter re nře: Tollite i mānib' uīis cibaria ob lōgiſ ſimā uiā: ⁊ occurite eis ⁊ dicite: Serui uīi ſumus: fedus inite nobiſcū. Et panes qñ e greſſi ſum' ꝺ domib' nīis: ut uenirem' ad uos: calidoſ ſūpſim': nūc ſicci facti ſūt: ⁊ ve tuſtate nimia cōminuti. Utres uini nouos ipleuim': nūc rupti ſūt ⁊ ſoluti. Veſtes ⁊ cal ciamenta q̄b' iduimur ⁊ q̄ habem' i pedib' ob longitudinē longioꝛis uie trita ſunt: et pene ꝓſumpta. Suſceperūt igit de cibarijs eoꝝ: ⁊ os dñi nō iterrogauerūt. Fecitq; io ſue cū eis pacē: ⁊ inito federe pollicit' ē ut ñ occiderent. Pꝛicipes q̄z multitudinis iura uerūt eis. Poſt dies aut tres initi federi: au dierūt q̄ i vicino habitarēt: ⁊ inter eos futi eēnt. Mouerūtq; caſtra filij iſrl': ⁊ uenerūt i ciuitates eoꝝ die tertio: q̄ꝝ hec vocabula ſūt: gabaō ⁊ caphira ⁊ beroth ⁊ cariathia rim. Et ñ pcuſſerūt eos eo q̄ iuraſſēt ei pri cipes multitudinis i noie dñi dei iſrl'. Mur murauit itaq; ōe vulgus ꝓtra pꝛicipes iſrl'. Qui rñderūt eis: Iurauim' eis i noie dñi dei iſrl': ⁊ iccirco nō poſſim' eos ꝓtigeꝛe. Sz hoc faciem' eis: Reſeruēt q̄dē ut uiuāt: ne ꝓ tra nos ira dñi ꝓcitet: ſi peierauerim': ſz ſic uiuāt: ut i uſus uniuerſe multitudis ligna cedāt: aquaſq; ꝓportēt. Quib' hec loquēti bus uocauit gabaonitas ioſue: ⁊ dixit eis: Cur nos decipe fraude uoluiſtis: ut diceēt pcul ualde habitam' a uob: cū i medio nři ſitis: Itaq; ſub maledictōe eritis: ⁊ nō deſi ciet de ſtirpe uīa ligna cedēs.: aq̄ſq; cōportans in domū dei mei: Qui rñderūt: Nun ciatū ē nob' ſeruis tuis q̄ pmiſiſſet dñs de' tu' moyſi ſeruo ſuo: ut traderet uob' oēm terrā: ⁊ diſperderet cūctos habitatoꝛes eius. Timuim' igit ualde: ⁊ puidim' aīabus no ſtris uīo ṫroī ꝓpulſi: ⁊ hoc ꝓſiliū iniuimus. Nūc aūt i manu tua ſum': qđ tibi bonū et rectū uidet: fac nob'. Fecit g̃ ioſue ut dixēat ⁊ liberauit eos de manu filioꝝ iſrl': ut non occiderēt. Decreuitq; i illo die eos cē i mi niſterio cūcti ppli ⁊ altaris dñi: cedentes li gna ⁊ aquas ꝓportātes: uſq; i pñs tēpus in loco quem dominus elegiſſet.

X

Q Ue cū audiſſz adoniſedech rex irl'm q̄. ſ. cepiſſet ioſue hay ⁊ ſubuertiſſet eā: ſicut. n. fecerat hierico ⁊ regi eius: ſic fe cit hay ⁊ regi illi': ⁊ q̄ tranſfugiſſent gabao nite ad iſrl' ⁊ eēnt fedēati eoꝝ timuit ualꝺ: Urbs. n. magna erat gabaon ⁊ una ciuita tum regaliū: ⁊ maioꝛ oppido hay: omneſq; bellatores eius fortiſſimi. Miſit ergo ado niſedech rex irl'm ad oham regē ebrō ⁊ ad pharā regē hierimoth: ad iaphie q̄z regē la chis ⁊ ad dabir regem eglon dicēs: Ad me aſcēdite ⁊ ferte pſidiū: ut expugnem' gabaō q̄re trāſfugerit. ad ioſue ⁊ ad filios iſrl'. Cō gregati igit aſcēderūt q̄nq; reges āmoꝛreo rū: rex irl'm rex ebron rex hierimoth rex lachis rex eglon ſil' cū exercitib' ſuis: ⁊ ca ſtrametati ſunt circa gabaō oppugnātes eā

habitatores aut̃ gabaon urbis obsesse mi
serũt ad iosue: q̃ tũc morabat in castris apud
galgalã: ⁊ dixerũt ei: Ne retrahas manꝰ tu
as ab auxilio seruoꝝ tuoꝝ. Ascẽd cito ⁊ li
bera nos: ferqꝫ ꝑsidiũ. Cõuenerũt. n. aduer
sũ nos oẽs reges ãmorreoꝝ q̃ habitãt i mõ
tanis. Ascẽditqꝫ iosue de galgalis: ⁊ oĩs ex
ercitus bellatoꝝ cum eo uiri fortissimi. Di
xitqꝫ dñs ad iosue: Ne timeas eos. In manꝰ
n. tuas tradidi illos. Nullꝰ. n. ex eis tibi ĩsi
stere poterit. Irruit itaqꝫ iosue sup eos re
pente: tota nocte ascẽdẽs de galgalis. Et
turbauit eos dñs a facie isrl̃: cõtruitqꝫ pla
ga magna i gabaon: ac psecutꝰ ẽ eos p uiaꝫ
ascẽsus bethoron: ⁊ pcussit usqꝫ azecha ⁊ ma
ceda. Cũqꝫ fugerẽt filios isrl̃ ⁊ eẽnt i descẽ
su bethoron: dominꝰ misit sup eos lapides
magnos de celo usqꝫ ad azecha. Et mortui
sunt multo plures lapidibꝰ grãdinis: q̃ ąs
gladio pcusserãt filij isrl̃. Tũc locutꝰ ẽ iosue
dño i die qua tradidit ãmorreũ i ꝓspectu fi
liorꝝ isrl̃: dixitqꝫ coram eis: Sol ꝓtra gabaõ
ne moueaꝝ: ⁊ luna ꝓtra vallẽ haylõ. Stete
rũtqꝫ sol ⁊ luna donec vlciscerẽt se gens de
ĩmicis suis. Nõne scriptũ ẽ hoc i libro iusto
rũ: Stetit itaqꝫ sol i medio celi: ⁊ nõ festina
uit occũbẽ spatio unius diei. Nõ fuit añ ⁊ po
stea tã lõga dies obediẽte dño uoci hoĩs ⁊
pugnãte p isrl̃. Reuersusqꝫ ẽ iosue cũ oi isrl̃
i castra galgale. Fugerãt. n. q̃nqꝫ reges: ⁊ se
abscõderãt i spelũca urbis maceda. Nũcia
tũqꝫ ẽ iosue q̃ inuenti eẽnt q̃nqꝫ reges: laten
tes i spelũca urbis maceda. Qui ꝓcepit so
cijs: ⁊ ait: Voluite saxa ingẽtia ad os spelũ
ce: ⁊ ponite uiros idoneos q̃ clausos custo
diãt. Vos ãt nolite stare: sz psequi hostes:
⁊ extremos ąsqꝫ fugiẽtiũ cedite. Ne dimit
tatis eos urbiũ suaꝝ itrare ꝑsidia: ąs tradi
dit dñs deus i manꝰ vias. Cesis g̃ aduersa
rijs plaga magna ⁊ usqꝫ ad intritionẽ pene
ꝑsũptis: hi q̃ isrl̃ effugẽ potuerũt: igressi sũ
ciuitates munitas. Reuersusqꝫ ẽ ois exẽci
tus ad iosue i maceda: ubi tũc erãt castra: sa
ni ⁊ itegro numero. Nullusqꝫ contra filios
isrl̃ mutire ausus est. Precepitqꝫ iosue di
cens: Aperite os spelunce: ⁊ producite ad
me quinqꝫ reges qui in ea latitant. Fecerũt
qꝫ ministri ut sibi fuerat imperatum: ⁊ ad
duxerunt ad eumz quinqꝫ reges de spelunca:
regem ierusalem regem ebron: regem hieri
moth: regẽ lachis: regem eglon. Cũqꝫ edu
cti eẽnt ad eũ: uocauit omnes uiros isrl̃
⁊ ait ad principes exercitꝰ q̃ secũ erãt: Ite et
ponite pedes sup colla regũ istoꝝ. Qui cuꝫ
prexissent ⁊ subiectoꝝ colla pedibꝰ calcarẽt
rursũ ait ad eos: Nolite timẽ nec paueaꝝ:
ꝓfortami ⁊ estote robusti. Sic. n. faciet dñs
cũctis hostibꝰ uĩis aduersũ ąs dimicabiꝝ.
Percussitqꝫ iosue ⁊ interfecit eos: atqꝫ suspẽ
dit sup q̃nqꝫ stipites: fuerũtqꝫ suspẽsi usqꝫ
ad uespũ. Cũqꝫ occũberet sol: ꝑcepit socijs
ut ꝺponerẽt eos de patibulis: q̃ depositos
piecerũt i spelũcã i q̃ latuerãt: ⁊ posuerunt
sup os eiꝰ saxa igẽtia q̃ pmanẽt usqꝫ i pñs.
Eodẽ die maceda ąz cepit iosue ⁊ pcussit i
ore gladij: regẽqꝫ illiꝰ interfecit: ⁊ oẽs habita
tores eiꝰ. Nõ dimisit i ea saltẽ paruas reliq
as. Fecitqꝫ regi maceda: sicut fecẽat regi hie
rico. Trãsiuit ãt cũ oi isrl̃ ꝺ maceda i lebna
⁊ pugnabat ꝓtra eã: quã tradidit dñs cũ re
ge suo i manꝰ isrl̃. Percusserũtqꝫ urbẽ i ore
gladij: ⁊ oẽs habitatões eiꝰ. Nõ dimiserũt
i ea ullas reliquas. Fecerũtqꝫ regi lebna sic fe
cerãt regi hierico. De lebna trãsiuit i lachis
cũ oi isrl̃: ⁊ exercitu p gyrum dispositꝰ op
pugnabat eã: tradiditqꝫ dñs lachis in ma
nus filiorꝝ isrl̃: ⁊ cepit eã die altero: atqꝫ p
cussit i ore gladij oẽm aiam q̃ fuerat i ea sic
fecẽat lebna. Eo tpe ascẽdit Iram rex gazer
ut auxiliaret lachis: quẽ pcussit iosue cũ oĩ
ppl'o eiꝰ usqꝫ ad intritionẽ. Trãsiuitqꝫ ꝺ la
chis i eglon: ⁊ circũdedit atqꝫ expugnauit
eã i eadẽ die: pcussitqꝫ i ore gladij oẽs aias
q̃ erãt in ea iuxta omnia que fecerat lachis.
Ascẽdit ąz cũ oi isrl̃ de eglon i ebron: ⁊ pu
gnauit ꝓtra eã: cepitqꝫ ⁊ pcussit i oĩ gladij:
regẽ ąz eius ⁊ oĩa oppida regiõis illiꝰ uniuẽ
saqꝫ aĩas q̃ in ea fuerãt cõmorate. Nõ reli
qt i ea ullas reliquias. Sic fecẽat eglõ. sic fe
cit ⁊ ebron: cũcta q̃ i ea repperit cõsumens
gladio. Inde reuersus i dabir: cepit eã atqꝫ
uastauit: regẽ ąz eius atqꝫ oĩa p circuitũ op
pida pcussit i ore gladij. Nõ dimisit i ea ul
las reliquias. Sic fecerat ebron ⁊ lebna ⁊ ĩgi
bus earũ: sic fecit dabir ⁊ regi illius. Percus
sit itaqꝫ iosue omnẽ terrã montana ⁊ meri
dianam atqꝫ campestrem: ⁊ aseroth cum re
gibus suis. Non dimisit i ea ullas reliquas:
sed omne quod spirare poterat interfecit:
sicut preceperat ei dominus deus isrl̃: a ca
des barne usqꝫ gazam. Oẽm terrã gosen
usqꝫ gabaon uniuersosqꝫ reges ⁊ regiones
eoꝝ uno ipetu cepit atqꝫ uastauit. Dñs eiꝫ
deus isrl̃ pugnauit ꝓ eo. Reuersusqꝫ ẽ cũ oi

ísrl'ad locū castrorum in galgala.

XI

Qđ cū audísset iabi rex asor mísit ad iobab regē madan ⁊ ad regem seme-
ron atq; ad regē acsaph:ad reges q̄s aquí-
lonis qui habitabant in montanis ⁊ in pla
nitie contra meridiē ceneroth:i cāpestribus
q̄s ⁊ regionib⁹ dor uxta maꝛ: chananeū q̄s
ab oriente ⁊ occidente:⁊ āmoꝛreū atq; ethe
cens ⁊ reducens ísrl̃. Dixit autē dñs ad te:
Tu pasces ppl'm meũ ísrl̃: ⁊ tu eris dux su
per ísrl̃. Venerũt ǫq; ⁊ seniores ísrl̃ ad regē in e
bron ⁊ pcussit cũ eis rex dauid fed'ꝰ i ebrō co
rā dño: unxerũtq; dauid i regē sup ísrl̃. Filiusꝫ
trigita ānoꝝ erat dauid cũ regnare cepisset:
⁊ q̄dragita ānis regnauit. Ꝺn ebron regna
uit sup iudā septē ānis ⁊ sex mēsib': in ír'l'm
āt regnauit trigitatrib' ānis sup oēm ísrl̃ et
iudā. Et abūt rex ⁊ oēs uiri q̄ erāt cũ eo in
ír'l'm ad iebuseū hitatorē tre. Dictūq; ē da
uid ab eis: Nō igredieris huc nisi abstuleri
cecos ⁊ claudos dicētes: Nō igredíet dauid
huc. Cepit āt dauid arcē syon: hec ē ciuitaſ
dauid. Ꝓpoſuēat. n. dauid i die illa ꝓmi
uz q̄ pcussisset iebuseū: ⁊ tetigisset domatū ē tradu
fistulas: ⁊ abstulisset cecos ⁊ claudos odiē dommy
tes aíaz dauid. Ꝺccirco dicit i puerbio: Cec'
⁊ claud' nō itrabūt i tēplū. Habitauit aūt
dauid i arce syon ⁊ uocauit eā ciuitatē da
uid: ⁊ edificauit ꝑ gyrū a mello ⁊ itrísecus.
Et igrediebat ꝓficiēs atq; ſuccrescēs: ⁊ dñs
de' exercituū erat cū eo. Mísit ǫq; hirā rex
tyri nūcios ad dauid ⁊ ligna cedrina ⁊ arti
fices lignoꝝ: artificesq; lapidū ad parietes:
⁊ edificauerūt domū dauid. Et cognouit dauid
qm̄ ꝓfirmasset eū dñs regē sup ísrl̃: ⁊ qm̄ ex
altasset regnū eī' sup ppl'm suū ísrl̃. Accepit
ḡ dauid adhuc ꝓcubinas ⁊ uxores de ír'l'm:
p'ꝺ q̄ uenerat de ebron. Natiq; sūt dauid et
alij filij ⁊ filie: ⁊ hec noīa coꝝ q̄ nati sūt ei i
ír'l'm. Samua ⁊ sobab ⁊ nathan ⁊ salomō
⁊ iabaar ⁊ helisua ⁊ nepheg ⁊ iaphia ⁊ he
lisama ⁊ helida ⁊ helifeleth. Audierūt ḡ phi
listīm q; unxissent dauid in regē sup ísrael
⁊ ascēderūt uniuersi ut q̄rerēt dauid. Qđ
cū audisset dauid: descēdit i p̄sidiū. Philí
listīm autē uenientes diffusi sūt i ualle rapha
im. Et ꝓsuluit dauid dñm dicēs: Si ascēdā
ad philístīm: ⁊ si dabís eos i mānu mea? Et
dixit dñs ad dauid: Ascēde q̄a tradēſ dabo
philístīm i manu tua. Venit ḡ dauid i baal
pharasim: ⁊ pcussit eos ibi: ⁊ dixit: Diuísit
dñs inímicos meos coram me: sicut diui
duntur aque. Propterea uocatum est no
mē loci illius baalpharasim. Et reliquerūt
ibi sculptília sua: que tulit dauid ⁊ uiri eī'.
Et addiderunt adhuc philístīm ut ascende
rent: ⁊ diffusi sunt in ualle raphaim. Con
suluit autem dauid dominū. Si ascendam
cōtra philísteos: ⁊ tradas eos i manū meaſ?
Qui rñdit: Nō ascēdas ꝓtra eos: sz gyra pʳ
tergū eoꝝ: ⁊ venies ad eos ex aduerso piro
rū. Et cū audieri sonitū gradiēti i cacumie
piroꝝ: tūc inibis plīū: q̄a tūc egredíet dñs
añ faciē tuā: ut pcutiat castra philístīm. Fe
cit itaq; dauid sicut p̄cepat ei dñs: ⁊ pcussit
philístīm de gabaa vsq; dū venias gazer.

¶. VI.

QOngregauit autē rursū dauid omneſ
electos ex ísrael triginta mília. Surre
xitq; dauid ⁊ abūt ⁊ uniuersus populus q̄
erat cū eo de uiris iuda ut adducerent arcā
dei: super quam inuocatuz est nomen dñi
exercituū sedentis in cherubin sup eā. Et
ꝓposuerūt arcā dei sup plaustrū nouū. Tu
lerūtq; eā ō domo amīadab q̄ erat i gabaa
Oza āt ⁊ hato filij aminadab mīabāt plau
strū nouū. Cūq; tulissent eā de domo ami
nadab q̄ erat i gabaa custodiēs arcā dei: ha
io p̄cedebat arcā dei: dauid aūt ⁊ oīs ísrl̃ lu
debāt corā dño i oībus lignis fabrefactis ⁊
citharis ⁊ lyris ⁊ tympanis: ⁊ sístris ⁊ cym
balis. Postq; aūt uenerūt ad arcā nachor:
extēdit oza manū ad arcā dei ⁊ tenuit eaz:
qm̄ calcitrabant boues: ⁊ declinauerūt eā:
Ꝺratusq; ē idignatōe dñs ꝓtra oza: ⁊ pcussit
eū sup temeritate: q̄ mortuꝰ ē ibi iuxta arcā
dei. Cōtristatus ē āt dauid eo q; pcussisset
dñs oza: ⁊ uocatū ē nomē loci illi' pcussio
oze usq; i hāc diē. Et extimuit dauid dñz i
die illa dicēs: Quō ingredietur ad me arca
dñi? Et noluit diuertē ad se arcā dñi i ciui
tatē dauid: sz diuertit eā i domū obeꝺdom
gethei. Et habitauit arca dñi i domo obeꝺ
dom gethei trib' mēsib': ⁊ bñdixit dñs obe
dedom: ⁊ oēz domū eis. Nunciatumq; est
regi dauid q; benedixisset dominus obede
dom ⁊ oīa ei' ꝑpter arcā dei. Dixitq; da
uid: Ībo: ⁊ reducā arcā cū bñdictiōe in do
mū meā. Abūt ḡ dauid: ⁊ adduxit arcam
dei de domo obededom i ciuitatē dauid cū
gaudio: ⁊ erāt cū dauid septē chorī: ⁊ uictí
ma uituli. Cūq; trāscendissent q̄ portabāt
arcā dñi sex passus: imolabāt bouē ⁊ ouez
⁊ arietē: ⁊ dauid pcutiebat i organis armí
gatī: ⁊ saltabat totis uirib' añ dñm. Ꝺcro da
uid erat accinct' ephot líneo: ⁊ dauid ⁊ oīs
dom' ísrl̃ ducebāt arcā testamti dñi in iubi
lo ⁊ in clangore buccine. Cumq; intrasset

arca dñi i ciuitatē dauid: michol filia saul pspiciēs p fenestrā: vidit regē dauid subsili entē atq; saltantē coꝝ dño: ⁊ despexit eum in cōde suo. Et introduxerūt arcā dñi: ⁊ im posuerūt eā i loco suo i medio tab'nacli qō terēōrat ei dauid: ⁊ obtulit dauid holocau sta corā dño ⁊ pacifica. Cūq; pplesset offe rens holocausta ⁊ pacifica: bñdixit pplo in noie dñi exercituū. Et partitus ē vniuerse multitudini isrl' tam uiro q̄ mulieri singlis collyridā panis vnā: ⁊ assaturā bubale car nis unā: ⁊ simlā frixā oleo. Et abūt oīs po pulus vnusq̄sq; i domū suā. Reuersusq; ē dauid ut bñdicēt domui sue: ⁊ egressa mi chol filia saul i occursū dauid: ait: Quam gl'iosus fuit hodie rex isrl' discoopiēs se añ ācillas seruoꝝ suoꝝ: ⁊ nudatus ē q̄si si nudet vn' ō scurris. Dixitq; dauid ad michol: Co ram dño: qui elegit me pot' q̄ pr̄e tuum: ⁊ q̄ oēz domū ei': ⁊ pcepit mihi ut ēz dux sup pplm dñi i isrl'. Et ludā ⁊ vi liō fiā plusq̄ fact' sū: ⁊ ero hūil' i oculis meis: ⁊ cū ācill' ō qb' locuta es gloriosior appare bo. Igit michol filie saul nō ē nat' fili' usq; in diem mortis sue.

¶. VII.

Factū ē autē cū sedisset rex in domo sua: ⁊ dñs dedisset ei requiem undiq; ab uniuersis inimicis suis: dixit ad nathā pphetā: Vides ne q̄ ego habitē i domo ce drina: ⁊ arca dei posita sit in medio pelliū? Dixitq; nathan ad regē: Oē q̄ ō est in coꝝ tuo uade fac: q̄a dñs tecū ē. Factū ē autez i illa nocte: ⁊ ecce sm̄o dñi ad nathan dicēs: Vade ⁊ loq̄re ad seruū meū dauid: Hec dic dñs: Nūquid tu edificabis mihi domū ad habitādū? Neq; n. habitaui i domo ex die illa q̄ eduxi isrl' de tra egypti usq; i diē hāc: sz ābulabā in tab'naculo ⁊ i tētorio per cun cta loca q̄ trāsiui cū oīb' filiis isrl'. Nūquid loquēs locut' sū ad unā de tribub' isrl': cui p cepi ut pasceret pplm meū isrl': dicēs: q̄re non edificasti mihi domū cedrinā? Et nc̄ hec di ces seruo meo dauid: Hec dicit dñs exerci tuū: Ego tuli te pascuis sequente greges ut ēes dux sup pplm meū isrl': ⁊ fui tecū in oī bus ubicūq; ābulasti: ⁊ interfeci uniuersos inimicos tuos a facie tua: feciq; tibi nomē grāde iuxta nomē magnoꝝ q̄ sūt i terra. Et ponā locū popl'o meo isrl': ⁊ plātabo eū: et habitabo cū eo: ⁊ n̄ turbabit āplius: nec addet filij iniq̄tatis ut affligāt eū sicut pus: ex die q̄ pstitui iudices sup pplz meū isrl'. Et req̄ dabo tibi ab oīb' inimicis tuis: p̄dicitq; ti bi dñs q̄ domū faciat tibi dñs. Cūq; ppleti fuerit dies tui ⁊ dormieris cū pib' tuis: suscitabo semē tuū p' te: q̄ egredie' ō utro tuo: ⁊ firmabo regnū ei'. Ipse edificabit do mū nomi meo: ⁊ stabiliā thronū regni ei' usq; in sempiternū. Ego ero ei i pr̄ez: ⁊ ipse erit mihi i filiū. Qui si iniq̄ aliq̄d gesserit: arguā eū i vga uiroꝝ: ⁊ i plagis filioꝝ hoīū. Misericordiā autē meā n̄ auferā ab eo: sic ē abstuli a saul quē amoui a facie mea. Et fi delis erit dom' tua: ⁊ regnū tuū usq; i etnū añ faciē meā: ⁊ thron' tu' erit firmus iugit. Scom oīa vba hec ⁊ iuxta uniuersā uisioꝝ istā: sic locut' ē nathā ad dauid. Ingressus est āt rex dauid ⁊ sedit coram dño: ⁊ dixit: Quis ego sū dñe de': ⁊ q̄ dom' mea: q̄ ad duxisti me hucusq; ? Sz ⁊ hoc pauꝝ uisū ē i ꝓspectu tuo dñe de': nisi loq̄r etiā ō domo fui tui i lōginquū. Ista ē. n. lex adā dñe de'. Quid g̃ addē potit adhuc dauid ut loquat ad te? Tu. n. scis fuū tuū dñe de'. Propter vbū tuū ⁊ sm̄ cor tuū feciſti oīa magnalia hec ita ut notū facēs suo tuo. Iccirco ma gnificat' es dñe de': q̄ n̄ ē sīlis tui: neq; ē de' extra te i oīb' q̄ audiuim' auris nr̄is. Que ē autē ut pplus tu' isrl' gens i tra, ppt quaz iuit de' ut redimēt eā sibi in pplum: ⁊ ponēt sibi nomē: facētq; eis magnalia ⁊ hōribilia sup trā a facie pplī tui quē redemisti, tibi ex egypto: gentē ⁊ deū eius? Firmasti. n. tibi po pulū tuū isrl'i pplum sempiternū: ⁊ tu dñe de' fact' es eis i deū. Nūc g̃ dñe de' vbū q̄ locut' es sup fuū tuū ⁊ sup domū ei' suscita i sempiternū: ⁊ fac sicut locut' es ut magni ficet nomē tuū usq; i sēpiternū: atq; dicat: Dñs de' exercituū de' sup isrl'. Et dom' fui tui dauid erit stabilita coram dño: q̄ tu dñe exercituū de' isrl' releuasti auriculā fui tui: dicēs: domū edificabo tibi, ppterea inuenit fuus tu' cor suū ut oraret te oīone hac. Nē g̃ dñe de' tu es deus: ⁊ vba tua erunt uera. Locut' es. n. ad seruū tuū bona hec. Incipe g̃ ⁊ bñdic domui serui tui ut sit i sempitnū coram te: q̄ tu dñe deus locutus es: bñdictōe tua bñdicet dom' serui tui i sempiternū.

¶. VIII.

Factū ē autē p' hec percussit dauid phi listīm: ⁊ humiliauit eos: ⁊ tulit da uid frenum tributi de manu phili stīm: et percussit moab: et mensus est eos

h. collyridā de pe cor. Est panis triangulꝰ ⁊ modicꝰ qui alibi dr torta panis.

Contra re. q̄liꝫ sept qui est dr assseda rex sibi vanloquꝫ parasitꝫ fuit lectator.

funiculo coequãs terre. Mẽsus ẽ aũt duos funiculos: vnũ ad occidẽdũ: ⁊ vnũ ad viuificandũ. Factusq; ẽ moab dauid seruiẽs sũ tributo. Et pcussit dauid adadeçer filiũ roob regẽ soba: qñ ꝓfectus ẽ ut dñaret super flumẽ euphratẽ. Et capũ dauid ex pte eius mille septigẽtis eq̃tũ: ⁊ vigiti milib⁹ peditũ subneruauit oẽs iugales curruũ. Dereliq̃t aũt ex eis cẽtũ curr⁹. Venit ãs syria damasci ut põsidiũ ferret adadeçer regi soba: ⁊ pcussit dauid ò syria vigitiduo milia uiroꝝ: et posuit dauid põsidiũ i syria damasci: factaq; ẽ syria dauid seruiẽs sũ tributo. Seruauitq; dñs dauid i oib⁹ ad q̃cũq; ꝓfectus ẽ. Et tulit dauid arma aurea q̃ hẽbãt serui adadeçer: ⁊ ò tulit ea in irlm. Et de bethe ⁊ de beroth ciuitatib⁹ adadeçer tulit rex dauid es multũ nimis: ò q̃ fecit salomõ õia vasa erea i tẽplo: ⁊ mare eneũ ⁊ colũnas ⁊ altare. Audiuit autem thou rex emath ꝙ pcussisset dauid õe robur adadeçer. Et misit thou ioram filiũ suum ad regẽ dauid ut salutaret eum ꝓgratulãs: ⁊ gr̃as ageret eo ꝙ expugnasset adadeçer ⁊ pcussisset eũ. Hostis q̃ppe erat thou adadeçer. Et i mãu eⁱ erãt uasa aurea ⁊ vasa argẽtea ⁊ vasa erea: q̃ ⁊ ipa scificauit rex dauid dño cũ argẽto ⁊ auro q̃ scificauerat ò vniuersis gẽtib⁹ q̃s subegerat de syria ⁊ moab ⁊ filijs ãmon ⁊ philistijm ⁊ amalech: ⁊ ò mãubijs adadeçer filij roob regis soba. Fecit q̃s sibi dauid nomẽ cũ reuerteret capta syria i valle salinaꝝ cesis decẽ ⁊ octo milib⁹: ⁊ in gebelem ad vigintitria milia: ⁊ posuit i idumea custodes: statuitq; põsidiũ. Et facta ẽ vniuersa idumea seruiẽs dauid: ⁊ saluauit dñs dauid i oĩb⁹ ad q̃cũq; ꝓfect⁹ ẽ. Et regnauit dauid sup oẽs isrl: faciebat q̃s dauid iudiciũ ⁊ iusticiã oĩ ꝑplo suo: Ioab aũt filius saruie erat sup exercitũ. Iosaphat filius achilud erat a cõmẽtarijs: ⁊ sadoch filius achitob: ⁊ achimelech filius abiathar erãt sacerdotes: ⁊ sarias scriba: banaias ãt filius ioiaꝺ sup ceṫi ⁊ felethi. Filij ãt dauid sacerdotes erant.

.IX.

DIxit dauid: Putas ne ẽ alicq̃s qui remanserit de domo saul: ut faciã cũ eo misericordiã propter ionathan? Erat ãt dauid de domo saul ſu⁹ noie siba. Quẽ cũ vocasset rex ad se: dixit ei: Tu ne es siba? Et ille rñdit: Ego sũ ſu⁹ tu⁹. Et ait rex: Nũq̃d supest alicq̃s ò domo saul ut faciã cũ eo misericordiã dei? Dixitq; siba regi: Supest filius ionathe òbil pedib⁹. Vbi iq̃t ẽ? Et siba ad regẽ: Ecce ait i domo ẽ machir filij ammihel in lodabar. Misit g̃ rex dauid: ⁊ tulit eũ ò domo machir filij ammihel de lodabar. Cũ ãt vẽisset miphiboseth filius ionathe filij saul ad dauid: cõcuit i faciẽ suã ⁊ adorauit. Dixitq; dauid: Miphiboseth. Qui rñdit: Adsũ ꝑ tu⁹. Et ait ei dauid: Ne timeas: faciẽs faciã in te misericordiã pp ionathã pr̃em tuũ: ⁊ restituã tibi oẽs agros saul p̃ris tui: ⁊ tu comedes panẽ i mẽsa mea sp. Qui adorãs eũ dixit: Quis ego sũ seruus tu⁹: qm̃ respexisti sup canẽ mortuũ sil̃em mei? Vocauit itaq; rex siba puer saul: ⁊ dixit ei: Oia q̃cũq; fuerũt saul ⁊ vniuersa domũ eⁱ⁹ dedi filio dñi tui. Opare igit̃ ei trã: tu ⁊ filij tui ⁊ serui tui: ⁊ inferes filio dñi tui cibos ut alat. Miphiboseth ãt filius dñi tui comedet sp panez sup mensã meã. Erãt aũt sibe q̃ndeci filij: ⁊ vigiti serui. Dixitq; siba ad regẽ: Sic iussisti dñe mi rex ſuo tuo: sic faciet seru⁹ tuus Et miphiboseth comedet sup mẽsã meã q̃si vn⁹ de filijs regis. Habebat aũt miphiboseth filiũ puulũ noie micha. Dis vo cognatio dom⁹ sibe seruiebat miphiboseth. Porro miphiboseth hitabat i irlm: qa ò mẽsa regis ingit̃ vescebat: ⁊ erat clauꝺ utroq; pedẽ.

.X.

FActũ ẽ aũt p⁹ hec ut mõeret rex filiorũ ammon: ⁊ regnauit anon filius eius ꝓ eo. Dixitq; dauid: Faciã misericordiã cũ anon filio naas: sicut fecit pater eius mecũ misericõdiã. Misit g̃ dauid ꝓsolãs eũ ꝑ ſuos suos sup p̃ris iteritu. Cũ aut̃ vẽissẽt serui dauid i trã filioꝝ ãmon: dixerũt principes filioꝝ ãmon ad anon dñz suũ. Putas q̃ pp honorẽ p̃ris tui miserit dauid ad te consolatores: ⁊ nõ iõ ut te iuestigaret ⁊ exploraret ciuitatẽ ⁊ euerteret eã: misit dauid seruos suos ad te? Tulit itaq; anon seruos dauid: rasitq; dimidiã pt̃ barbe eoꝝ: ⁊ pcidit vestes eoꝝ mediaſ usq; ad nates: ⁊ dimisit eos. Qò cũ nũciatũ ẽet dauid: misit i occursũ eoꝝ. Erãt. n. uiri ꝓfusi turpit̃ valde. Et mãdauit eis dauid: Manete in hierico donec crescat barba uã: ⁊ tũc reuertimini. Videtes ãt filij ãmon q̃ iniuriã fecisset dauid: miserũt ⁊ ꝓduxerũt mercede syrũ roob: ⁊ syrz soba viginti milia peditũ: ⁊ a rege maacha mille uiros: ⁊ ab histob decem milia virorum. Quod cũ audisset dauid: misit ioab

Hic papilio omis. e tentoziu et omis quida. p. Varis edet flores tendunt papiliones.

ꝛ oēz exercitū bellatoꝛ. Egressi sunt ġ filij ām̄on :ꝛ direxeꝛūt aciē añ ipsū itroitū pōte. Syr' aūt soba ꝛ roob ꝛ histob ꝛ macha seoꝛsū erāt i cāpo. Vidēs ġ ioab q̄ pparatuz ēet aduersū se plīū:ꝛ ex aduerso ꝛ post tergū:elegit sibi ex oib' electis isrl':ꝛ istruxit aciē ꝓtra syrū: reliquā aūt ptē ppli tradidit abisai fr̄i suo. Qui direxit aciē aduersū filios ām̄on. Et ait ioab:Si pualuerīt aduersū me syri:eris mihi i adiutoziū:si āt filij ām̄on pualuerīt aduersū te:auxiliaboꝛ tibi. Esto vir fortis:ꝛ pugnem' ꝓ ppl'o nr̄o ꝛ ciuitate dei nr̄i. Dn̄s aūt faciet qđ bonū ē i ꝓspectu suo. Iniit itaq̄ ioab ꝛ ppl's q̄ erat cū eo certamē ꝓtra syros:q̄ stati fugerūt a facie ei'. Filij aūt ām̄on videtes q: fugissēt syri:fugerūt ꝛ ipsi a facie abisai:ꝛ igressi sūt ciuitatē. Reuersusq̄ ē ioab a filijs ām̄on:ꝛ venit irl'm. Vidētes igit filij ām̄on qm̄ syr' expauit: et qm̄ cōzuissēt cozā isrl':ꝓgregati sūt pit'. Misitq̄ adadeçer ꝛ eduxit syros qui erāt trās fluuiū:ꝛ adduxit eoꝝ exercitū. Sobach āt magist' militie adadeçer erat p̄nceps eoruz. Qđ cū nūciatū ēet dauid:cōtraxit oēz isrl'ē ꝛ trāsiuit iordanē:vēitq̄ i helā. Et direxerūt aciē syri ex aduerso dauid : ꝛ pugnauerūt ꝓtra isrl'. Fugerūtq̄ syri a facie isrl':ꝛ occidit dauid ò syr̄ septigētos curr':ꝛ q̄dragīta milia eq̄tū:ꝛ sobach p̄ncipē militie percussit:q̄ stati mōtu' ē. Vidētes āt vniuersi reges q̄ erāt i p̄sidio adadeçer se victos esse ab isrl':expauerūt ꝛ fugerūt q̄nq̄gita ꝛ octo milia cozā isrl'. Et fecerūt pacē cū isrl':ꝛ fui erunt eis:timueruntq̄ syri auxiliuz prebeꝛ filijs ammon.

¶ .XI.

Factū ē aūtē uertēte anno : eo tp̄e q̄ solent reges ad bella ꝓcedē:misit dauid ioab ꝛ seruos suos cū eo ꝛ vniuersū israel: ꝛ uastauerūt filios ām̄on:ꝛ obsederūt rabba. Dauid āt remānsit i irl'm. Dū hec ageꝛēt accidit q̄dā die ut surgeret dauid de stratu suo p' meridiē:ꝛ deābularet i solario dom' regie: viditq̄ mulierē se lauātē ex aduerso sup solariū suū. Erat āt mlier pulchra valde. Misit ġ rex:ꝛ req̄siuit q̄ ēet mulier. Nūciatūq̄ ē ei q̄ ipa ēet bersabee filia heliā vxor vrie ethei. Dimissis itaq̄ dauid nūcijs:tulit eā. Que cū igressa ēet ad illū : dormiuit cū ea. Statiq̄ scificata ē ab īmūditia sua:ꝛ reuersa ē domū suā ꝓcepto fctu. Mittēsq̄ nūciauit dauid:ꝛ ait:Cōcepi. Misit āt dauid ad ioab dicēs:Mitte ad me vriā etheū. Misitq̄ ioab vriā ad dauid. Et uenit vrias ad dauid. Quesiuitq̄ dauid q̄ recte ageret ioab ꝛ ppl's:ꝛ quō āministraret bellū. Et dixit dauid ad vriā:Vade i domū tuā:ꝛ laua pedes tuos. Et egressus ē vrias ò domo regis secutusq̄ ē eū cib' regi'. Dormiuit āt vrias añ portā dom' regie cū aliis seruis domini sui:ꝛ nō descēdit ad domū suā. Nunciatūq̄ ē dauid a dicētib':Nō iuit vrias in domū suā. Et ait dauid ad vriā: Nunquid non de via venisti? Quare nō descendisti i domū tuā? Et ait vrias ad dauid:Arca dei ꝛ isrl' ꝛ iuda habitāt i papiliōib':ꝛ domin' me' ioab ꝛ fui dn̄i mei sup faciē tre manēt: ꝛ ego igrediar domū meā ut comedā ꝛ bibā ꝛ dormiā cū vxore mea? Per salutē tuā ꝛ p salutē aie tue nō faciā rē hāc. Ait ġ dauid ad vriā:Mane hic ēt hodie: ꝛ cras dimittā te. Mānsit vrias i irl'z i die illa ꝛ alēa: ꝛ vocauit eū dauid ut comederet cozā se ꝛ biberet:ꝛ iebriauit eū. Qui egressus vespe dormiuit i stratu suo cū seruis dn̄i sui: ꝛ in domū suā nō descēdit. Factū ē ġ māe:ꝛ scripsit dauid epl'am ad ioab:misitq̄ p manuz vrie scribēs i epl'a. Ponite vriā ex aduerso belli ubi fortissimū ē plīū: ꝛ dereliquite eū ut percussus intcat. Igit cū ioab obsidēt vrbē posuit vriā i loco vbi sciebat viros ēe fortissimos:egressiq̄ viri de ciuitate bellabāt ad uersū ioab:ꝛ cecidēt de ppl'o suoꝝ dauid: ꝛ mortu' ē etiā vrias ethe'. Misit itaq̄ ioab ꝛ nūciauit dauid oia vba plīj:ꝓcepitq̄ nūcio dicēs:Cū ꝓpleueris vniuersos smones belli ad regē:si eū videris idignari: ꝛ dixēit q̄re accessistis ad murū ut prelliaremini:an ign̄rabatis q̄ multa desup ex muro tela mittant:q̄s percussit abimelech filiū hierobaal: nōne mulier misit sup eū fragmen mole de muro:ꝛ interfecit eū i thebes:q̄re iuxta murū accessistis:dices:Etiā fu' tuus vrias etheus occubuit. Abiit ġ nūci':ꝛ venit ꝛ narrauit dauid oīa q̄ ei ꝓceperat ioab:ꝛ dixit nūcius ad dauid. Prevaluerūt aduersū nos viri:ꝛ egressi sunt ad nos in agrū. Nos aūtē facto impetu persecuti eos sumus usq̄ ad portā ciuitatis:ꝛ direxerūt iacula sagitarij ad seruos tuos ex muro desuper : mortuiq̄ sunt de seruis regis. Quin etiā seruus tuus vrias etheus mortuus est. Et dixit dauid ad nuncium. Hec dices ioab: Non te frangat ista res . Varius enim euentus est belli

7 nūc hūc 7 nūc illū ꝓsumit gladi⁹. Cōfortabellatores tuos aduersus vrbē ut destruas eā: 7 exhortare eos: Audiuit autē vxor vrie ꝙ mortuus esset vras vir suus: 7 plāxit eū. trāsactoq; luctu misit dauid 7 introduxit eā i domū suā: 7 facta ē ei vxō: pepitq; ei filiū. 7 displicuit uerbū hoc qđ fecerat dauid coram domino.

¶ .XII.

Misit g̃ dñs nathan ad dauid. Qui cū venisset ad eū: dixit ei: Responde mihi iudicium. Duo uiri erant i ciuitate vna: unus dīes 7 alter pauper. Diues habebat oues 7 boues plurimos ualde: pauper aūt nihil hēbat oio ꝓter ouē unā paruulā quā emerat 7 nutrierat: 7 q̃ creuerat apud eum cū filijs ei⁹: sil de pāe illi⁹ comedēs 7 de calice ei⁹ bibēs: 7 i sinu illi⁹ dormiēs: eratq; illi sicut filia. Cū aūt pegrinus q̃dā uenisset ad diuitē: parcēs ille sumē ō ouib⁹ 7 ō bob⁹ suis ut exhibēt cōuiuiū pegrīo illi q̃ uenerat ad se: tulit ouē uiri paupis 7 ꝓparauit cibos hoi q̃ uenerat ad se. Irat⁹ aūt idignatiōe dauid aduersus hoiez illū nimis: dixit ad nathā: Uiuit dñs qm filij mortis ē uir q̃ fecit hoc. Ouē reddet i q̃druplū: eo q̃ fecerit vbū istō 7 nō pepcerit. Dixit aūt nathan ad dauid: Tu es ille uir q̃ fecisti hanc rem. Hec dicit dñs de⁹ isrl: Ego unxi te in regē sup isrl: et ego eruī te ō mānu saul: 7 ōdi tibi domū domini tui 7 uxores dñi tui in sinu tuo: dediq; tibi domū isrl 7 iuda: 7 si parua sūt ista adiiciā tibi multo maiora. Quare g̃ cōtēpsisti vbū dñi ut facēs malū i ꝓspectu meo. Uriam ethеū pcussisti gladio: 7 uxorē illi⁹ accepisti i uxorē tibi: 7 iterfecisti eū gladio filiorū ammon. Quāobrē non recedet gladius ō domo tua usq; in sempiternū eo q̃ despexeris me: 7 tuleris uxorē urie ethei ut esset uxō tua. Itaq; hec dicit dñs: Ecce ego suscitabo sup te malū ō domo tua: 7 tollā uxores tuas i ocul⁹ tuis 7 dabo ꝓximo tuo: 7 dormiet cū uxōib⁹ tuis i ocul⁹ solis hui⁹. Tu.n. fecisti absc̃dite: ego aūt faciā vbū istud i ꝓspectu ōis isrl: 7 i ꝓspectu solis hui⁹. Et dixit dauid ad nathā: Peccaui dño. Dixitq; nathan ad dauid: Dñs q̃q; trāstulit peccatū tuū. Nō morieri. Uerūtn qm blasphemāi fecisti inimicos nomē dñi ꝓpt vbū hoc: filius q̃ nat⁹ ē tibi mōte mōiet. Et reuersus ē nathā i domū suā. Percussitq; dñs paruulū quē peperit uxor urie dauid: 7 desprat⁹ ē. Deprecatusq; ē dauid dñm ꝓ paruulo: 7 ieiūauit dauid ieiunio: 7 ingressus seorsū iacuit super terrā. Uenerūt aūt seniores dom⁹ eius cogētes eū ut surgeret de tra. Qui noluit nec comedit cū eis cibū. Accidit autē die septima ut moreret infans: timuerūtq; serui dauid nūciare ei ꝙ mortu⁹ ēet puul⁹. Dixerūt enī: Ecce cū puul⁹ adhuc uiuēt loq̃bamur ad eū 7 nō audiebat uocē nr̃az: q̃to magis si dixerimus mortu⁹ ē puer: se affliget: Cū g̃ dauid audisset fuos suos musitātes: intellexit q̃ mortuus ēet infantulus. Dixitq; ad fuos suos: Nū mortu⁹ ē puer? Qui rñdēt ei: Mortuus ē. Surrexit g̃ dauid ō tra: 7 lot⁹ unctusq; ē. Cūq; mutasset uestē: ingressus ē domū dñi 7 adorauit: 7 uenit i domū: petiuitq; ut ponerent ei panē: 7 comedit. Dixerūt aūt ei fui sui: Quis ē sermo quē fecisti? Propter infātē cū adhuc viuēt ieiunasti 7 flebas: mortuo autē puero surrexisti: 7 cōedisti panē. Qui ait: Propt infātē dū adhuc uiuēt ieiunaui 7 fleui. Dicebā.n: Quis scit si forte dōet eū mihi dñs 7 uiuat infans? Nunc aūt q̃ mortuus ē: quare ieiuno? Nūq̃d poto reuocare eū āpli⁹? Ego uadā ad eū: ille vo nō reuertet ad me. Et consolatus est dauid bersabee uxorē suā: ingressusq; ad eā dormiuit cū ea. Que genuit filiū: 7 uocauit nomē ei⁹ salomon: 7 dñs dilexit eū. Misitq; eū i manu nathan ꝓphete: 7 uocauit nomē ei⁹ amabil dño: eo q̃ dilexit eū dñs. Igit pugnabat ioab ꝓ ra rabbath filioꝝ ām̃o: 7 expugnabat vrbē regiā. Misitq; ioab nūcios ad dauid dicēs: Dimicaui aduersū rabba: 7 capiēda ē urbs aq̃rū. Nūc igit ꝓgrega reliquā ptē ppl̄i: 7 obsiō ciuitatē: 7 cape eā: ne cū a me uastata fuerit urbs: nomini meo ascribatur uictōia. Cōgregauit itaq; dauid oēz ppl̄m 7 pfect⁹ ē aduersū rabba. Cūq; dimicasset cepit eā. Et tulit diadema reg̃ eoꝝ ō capite ei⁹: pōdo auri talētū: hīs gēmas pretiosissimas: 7 iposituē super caput dauid. Ꝫz 7 p̃dā ciuitat⁹ asportauit multā valde: ppl̄z q̃s ei⁹ adducēs serrauit: 7 circūegit sup eos ferrata carpēta. Diuisitq; cultri: 7 trāsduxit i typo latez. Sic fecit uniuersis ciuitatib⁹ filioꝝ ām̃on. Et reuersus est dauid 7 omnis exercitus in ierusalem.

¶ .XIII.

Factū ē autē post hec ut absalon filij dauid sororē speciosissimā vocabulo thamar adamaret amō fili⁹ dauid 7 oppri-

Serco. vas. x serra p medīu serau
Hoc carpentū ti· est genꝰ veh
hīs ferrata carpēta x rostris n
dencia· g· tuerq; ferrati· In
typo latez· x ad similitudinem
latez· Hic typꝰ pri· ē situ
sive figura· Glo· Transduxit
cultros p eos modo quo tran
duūt p lateres adhuc tener
ut ꝙformet·

in eā valde ita ut ꝓpter amorē eius egrotaret: ꝙa cū ēet vgo difficile ei viꝺbat: ut quippiam inhoneste ageret cū ea. Erat āt amon amic⁹ noie ionadab fili⁹ semmaa frīs dauid vir prudēs valde. Qui dixit ad eū: Quare sic attenuaris macie fili regis ꝑ singlos dies? Cur nō idicas mihi? Dixitq; ei amō: Thamar sororem fratris mei absalō amo. Cui rīndit ionadab: Cuba sup lectū tuū ⁊ lāguo rē simula: cūq; venerit ꝑ tu⁹ ut uisitet te: dic ei: Veniat oro thamar soror mea ut det mihi cibū: ⁊ faciat pulmētū ut comedā de manu eius. Accubuit itaq; amō: ⁊ q̄ egro tare cepit. Cūq; uenisset rex ad uisitādū eū: ait amō ad regē: Veniat obsecro thama: soror mea ut faciat i oculis meis duas sorbitiūculas: ⁊ cibū paratū capiā de manu ei⁹. Misit g̈ dauid ad thamar domū dicēs: Veni i domū amō frīs tui: ⁊ fac ei pulmentū. Venitq; thamar i domū amon frīs sui: ille āt iacebat. Que tollēs farinā cōmiscuit et liq̄faciēs i ocul⁹ ei⁹ coxit sorbitiūculas: tollēsq; qō coxerat effudit ⁊ posuit corā eo: et noluit comedē. Dixitq; amō: Ēīcite vniuersos a me. Cūq; eiecissent oēs: dixit amō ad thamar: Infer cibū i ꝓclaui ut vescar ō manu tua: Tulit g̈ thamar sorbitiūcl'as q̄s fecerat: ⁊ intulit ad amō frīz suū i cōclaui. Cū q; obtulisset ei cibū: apphēdit eā ⁊ ait: Veni cuba mecū soror mea. Que rīndit ei: Noli frī mi noli oppmē me: neq; n. hoc fas ē i isrl'. Noli facē stulticiā hāc. Ego. n. ferre nō potero opprobriū meū: ⁊ tu eris q̄si vn⁹ de isipientib⁹ i isrl': q̄n potu⁹ loqre ad regē: ⁊ nō negabit me tibi. Noluit āt amō acq̄escē ꝓcib⁹ ei⁹: ſz pūalēs viri b⁹ oppressit eaz ⁊ cubauit cū ea. Et exosam eā babuit odio magno nimis: ita ut maī ēet odiū q̄ oderat eā: amoz q̄ añ dilexerat. Dixitq; ei amon: Surge et uade. Que rīndit: Maī ē hoc malū qō nō agis aduersū me q̄ quod ante feciſti: expellens me. Et noluit audire eam: sed uocato puero qui ministrabat ei dixit: Ēīce hanc a me foras: ⁊ claude ostiū post eā. Que indu ta erat talari tunica: huiuscemōi eni filie regis virgines vestibus utebantur. Eiecit ita q; eam minister illius foras: clausitq; fores post eā. Que aspergens cinerem capiti suo scissa talari tunica: impositisq; manibus super caput suū: ibat ingrediens ⁊ clamans. Dixit autē ei absalon frater suus. Nunq̄d amon frater tu⁹ ꝓcubuit tecū? Sz nūc soror tace: frater tu⁹ ē. Nz affligas cor tuū ꝓ hac re. Māsit itaq; thamar ꝓtabescēs i domo absalō frīs sui. Cū āt audisset rex dauid v ba hec ꝓtristat⁹ ē ualde: ⁊ noluit cōtristare spū; amō filū sui qm̄ diligebat eū: q; ꝓmo genitus erat ei. Porro nō ē locut⁹ absalō ad amon nec malū nec bonū. Oderat. n. absalon amō: eo q; uiolasset thamar sororē suā. Factū ē āt p⁹ tps biēnū ut tōderēt oues absalō i balasor q̄ ē iuxta effraim. Et vocauit absalon oēs filios regis: venitq; ad regē: et ait ad eū: Ecce tōdēt oues fui tui: veniat oro rex cū seruis suis ad seruū suū. Dixitq; rex ad absalō: Noli fili mi: noli rogare ut nēiamus oēs: ⁊ grauem⁹ te. Cū āt cogeret eū et noluisset ire: bñdixit ei. Et ait absalō ad dauid: Si nō vis vēire: veniat nobiscū obsecro saltē amō frat⁹ me⁹. Dixitq; ad eū rex: Nō ē necesse ut vadat tecū. Coegit itaq; absalon eū: ⁊ dimisit cū eo amō ⁊ vniuersos filios regis. Feceratq; absalō ꝓuiniū q̄si ꝓuiniū regi. Precepat āut absalō pueris suis dicēs: Obseruate cuz temulentus fuerit amon vino: ⁊ dixero uob⁹ ꝑcutite eū ⁊ interficite: nolite timere. Ego. n. sū q̄ ꝑcipio vob⁹. Roborami: ⁊ estote uiri fortes. Fecerūt g̈ pueri absalon aduersū amō sicut ꝓceperat eis absalō. Surgentesq; oēs filij regis ascenderunt singuli mulas suas: ⁊ fugerūt. Cūq; adhuc pgerēt i itinē: fama puenit ad dauid dicēs: Percussit absalon oēs filios regis: ⁊ nō remānsit ex eis saltez vnus. Surrexit itaq; rex dauid: ⁊ scidit vestimēta sua ⁊ cecidit super terram: ⁊ oēs serui illius qui assistebant ei sciderūt vestimenta sua. Rīndens autē ionadab fil⁹ sēmaa frīs dauid: dixit: Ne estimet dñs meus rex q; oēs pueri regis occisi sint. Amon solus mortuus est: qm̄ in odio absalō erat positus ex die q̄ oppressit thamar sororez eius. Nunc ergo ne ponat dñs meus rex super cor suū uerbū istud dicens: oēs filij regi occisi sunt: qm̄ amon solus mortu⁹ est. Fugit autē absalon. Et eleuauit puer speculator oculos suos: ⁊ aspexit: ⁊ ecce ꝓplus mltus veniebat per iter deuiū ex latere montis. Dixit autē ionadab ad regē: Ecce filij regis adsunt: iuxta uerbū serui tui sic factuz est. Cūq; cessasset loqui: apparuerunt ⁊ filij regis. Et intrantes leuauerunt uocem suā ⁊ fleuerunt. Sz ⁊ rex ⁊ oēs serui ei⁹ fleuerūt ploratu magno nimis. Porro absalō fugiēs abiit ad tholomai filiū āmiur regē gessur

Conclaui me: ꝓ. Logq secretq.

s. ad talos ptingēs

Luxit ḡ dauid filiū suū amon multū dieb⁹. Absalon ãt cū fugisset ⁊ venisset in gessur fuit ibi trib⁹ ãnis: cessauitq; rex dauid pſequi absalon: eo q; pſolat⁹ ēet sup amō iteritu.

¶ .XIIII.

Intelligens ãt ioab filius saruie q; cō regis versū ēet ad absalon: misit thecuã ⁊ tulit ide mulierē sapientē: dixitq; ad eam: Lugere te simula: ⁊ induē uestē lugubrē: ⁊ ne ungaris oleo: ut sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuū. Et ingredieris ad regem: ⁊ loqueris ad eū sermones huiuscemōi. Posuit autem ioab ṽba in ore ei⁹. Itaq; cū ingressa fuisset mlier thecuites ad regē: cecidit corã eo sup trã: ⁊ adorauit: ⁊ dixit: Serua me rex. Et ait ad eã rex: Quid cause habes? Que rñdit: Heu mulier uidua ego sū. Mortu⁹ ē. n. vir me⁹: ⁊ ãcille tue erãt duo filij q; rixati sunt aduersum se in agro: nulluſq; erat q; eos pbibē posset ⁊ pcussit alē alterū: ⁊ iterfec̃ eū. Et ecce pſurgēs uniuersa cognatio aduersū ãcillã tuaz dicit: Trade eū q; pcussit fratrē suum ut occidamus eū p aĩa fratris sui quē interfecit ⁊ ȯleamus hēdē: ⁊ q̃rūt extiguē scintillā meā q̃ relicta ē: ut ñ supsit uiro meo nomē: ⁊ reliq̃e sup trã. Et ait rex ad mulierē: Vade i domū tuã: ⁊ ego iubebo p te. Dixitq; mulier thecuites ad ḡē: In me dñe mi rex sit iniq̃tas: ⁊ i domo p̃ris mei: rex ãt ⁊ thron⁹ ei⁹ sit innocēs. Et ait rex: Qui cōtradixerit tibi adducē ad me: ⁊ ultra ñ addet ut tãgat te. Que ait: Recordet rex dñi dei sui ut ñ mltiplicētur primi sanguis ad ulciscēdū: ⁊ neq̃q̃ interficiãt filiū meū. Qui ait: Viuit dñs: q; nō cadet ȯ capillis filij tui sup trã. Dixit ḡ mulier: Loq̃t ãcilla tua ad dñm meū regez ṽbū. Et ait: Loq̃re. Dixitq; mulier: Quare cogitasti huiuscemōi rē pꝛa pplm dei: ⁊ locut⁹ ē rex ṽbū istud ut peccet: ⁊ nō reducat eiectū suū? Oēs morimur: ⁊ q̃i aque dilabimur i terrã q̃ nō reuertūt. Nec uult deus pire aĩaz: sed retractat cogitās ne penitus pereat q̃ abiect⁹ ē. Nūc igī ueni ut loq̃r ad dñm meū regē ṽbū hoc p̃ te pp̃lo. Et dixit ancilla tua: Loq̃r ad regē: si q; modo faciat rex ṽbū ãcille sue. Et audiuit rex ut liberaret ancillã suã de mãu oīuz q; uolebãt ȯ 'he reditate dñi delē me: ⁊ filiū meū simul. Dicat ḡ ãcilla tua ut fiat ṽbū dñi mei regis sicut sacrificiū. Sic̃. n. ãgel⁹ dñi: sic ē dñs me⁹ rex: ut nec bñdictione nec maledictiõe moueat. Vñ ⁊ dñs de⁹ tu⁹ ē tecū. Et rñdēs rex dixit ad mulierē: Ne abscõdas a me uerbū q̃ te interrogo. Dixitq; ei mulier: Loq̃re dñe mi rex. Et ait rex: Nūq̃d man⁹ ioab tecū est i oīb⁹ istis? Rñdit mulier: ⁊ ait: Per salutē aie tue dñe mi rex: nec ad sinistra nec ad dexterã ē ex õib⁹ his q̃ locut⁹ ē dñs meus rex. Seru⁹. n. tu⁹ ioab ipe pcepit mihi: ⁊ ipe posuit i os ãcille tue oia ṽba hec: ut verterē figurã fmōis huiꝰ. Seru⁹. n. tu⁹ ioab pcepit istud. Tu ãt dñe mi rex sapiēs es: sicut ꝯ sapiaz angel⁹ dei: ut itelligas oia sup terra. Et ait rex ad ioab. Ecce placat⁹ feci ṽbū tuum. Vade ḡ ⁊ reuoca puerꝰ absalō. Cadēsq; ioab sup faciē suã i terrã adorauit: ⁊ bñdixit regi. Et dixit ioab: Hodie itellexit seru⁹ tu⁹ q; iueni gratiã i oculꝭ tuis dñe mi rex. Feci sti. n. fmonē dñe mi rex fui tui. Surrexit ḡ ioab ⁊ abiit i gessur: ⁊ adduxit absalō i irlz. Dixit autē rex: Reuertat i domū suã ⁊ faciē meā nō uideat. Reuersus ē itaq; absalon i domū suã: ⁊ faciē regis nō uidit. Porro sic absalon uir nō erat pulcher in omni isrl: ⁊ decorus nimis. A uestigio pedis usq; ad vticē non erat in eo ulla macula. Et quando tõdebat capillū: semel aūt i ãno tõdebatur: q; grauabat eū cesaries: põderabat capillos capitis sui ducētis siclis põdꝰ publico. Nati sūt autē absalon filij tres: ⁊ filia una nomie thamar elegãtis forme. Mansitq; absalon i irlm duob⁹ ãnis: ⁊ faciē regis ñ uidit. Misit itaq; ad ioab ut mitteret eū ad ḡē. Qui noluit uenire ad eū. Cūq; secūdo misisset: ⁊ ille noluisset uenire ad eū: dixit fratribus suis: Scitis agr̃ ioab iuxta agrū meū hñtē mesē hōdei. Ite igī: ⁊ succēdite eū igni. Succēderūt ḡ fratres absalon segetē igni. Et uenientes fratres ioab scissis uestib⁹ suis dixerūt: Succenderūt serui absalon ptē agri. Surrexitq; ioab ⁊ uenit ad absalon i domū eius: ⁊ dixit: Quare succēderūt serui tui segetez meam igni? Et respōdit absalō ad ioab: Misi ad te obsecrās ut uenires ad me ⁊ mitterem te ad regē: ⁊ diceres ei: Quare ueni de gessur? Melꝰ mihi erat ibi ēe. Obsecro ḡ ut videã faciē regis. Q; si memor est iniq̃tatis mee: interficiat me. Ingressus itaq; ioab ad regez nũciauit ei oia. Vocatusq; ē absalon ⁊ intrauit ad regē: ⁊ adorauit sup faciem terre coram eo. Osculatusq; ē rex absalon.

¶ .XV.

Fitur post hec fecit sibi absalō curr' ⁊ equites ⁊ quinq̄ginta uiros q̄ p̄cederent eū. Et mane ꝓsurgēs absalon stabat iuxta itroitū porte i via: ⁊ oēm virū q̄ habebat negociū ut ueniret ad regē iudiciū vocabat absalō ad se: ⁊ dicebat: De q̄ ciuitate es tu? Qui rñdēs aiebat: Ex vna tribu isrl' ego sū seru' tu'. Rñdebatq; ei absalon: Videnť mihi ꝑmones tui boni ⁊ iusti: sz nō ē q̄ te audiat ꝓstitut'a rege. Dicebatq; absalō: Quis me cōstituat iudicē sup terrā ut ad me veniant oēs q̄ hñt negociū ⁊ iuste iudicez? Sz ⁊ cū accederet ad eū hō ut salutaret illū extēdebat manū suā: ⁊ apprehēdēs osculabatur eū. Faciebatq; hoc oi isrl' veniēti ad iudiciū ut audiret a rege: ⁊ sollicitabat corda virorū isrl'. Post q̄dragita autē ānos dixit absalon ad regē dauid: Vadā ⁊ reddaz uota mea q̄ nouī dño i ebron. Vouēs.n. uouit su' tuus cu ēet i gessur syrie dicēs: Si reduxerit me dñs i irl'm: sacrificabo dño. Dixitq; ei rex dauid: Vadō i pace. Et surrexit: ⁊ abyt i ebrō Misit aūt absalon exploratores i vniuersas trib' isrl' dicēs: Statī ut audieritis clangorez buccine: dicite: Regnabit absalō i ebrō. Pō zo cū absalon ierūt ducēti uiri de irl'm vocati: eūtes simplici corde: ⁊ cām penitus ignorantes. Elccersuit aūt absalon achitofel gilonitē ꝓsiliariū dauid ō ciuitate sua gilo. Cūq; imolaret victimas facta ē cōiuratio valida: pplusq; ꝓcurrēs augebat cū absalō. Venit igē nūcius ad dauid dicēs: Toto corde vniuersus isrl' secť absalō. Et ait dauid seruis suis q̄ erāt cū eo i irl'm: Surgite. Fugiamus: neq;.n. erit nobis effugiū a facie absalon. Festinate egredi: ne fōte veniēs occupet nos: ⁊ ipellat sup nos ruinā: ⁊ pcutiat ciuitatē i ore gladij. Dixerūtq; sui reg̃ ad eum: Ota quecūq; ꝑceperit dñs nr̄ rex libent exequimur serui tui. Egressus ē g̃ rex ⁊ vniuersa domus eius pedib' suis. Et relict rex decē mulieres ꝓcubinas ad custodiēdā domū. Egressusq; rex ⁊ ōis isrl' pedibus suis stetit procul a domo: ⁊ vniuersi serui eius ambulabant iuxta eū: ⁊ regiones cerethi ⁊ phelethi: ⁊ oēs gethei pugnatores ualidi sexcenti viri qui secuti cum fuerant de geth pedites precedebant regem. Dixit aūt rex ad ethai getheū: Cur venis nobiscum? Reuertere et habita cū rege: q̄a peregrinus es ⁊ egressus es de loco tuo. Heri venisti: ⁊ hodie cōpelleris nobiscū egredi? Ego autē vadā q̄ iturus sū. Reuertē ⁊ reduc tecū fres tuos: ⁊ dñs faciat tecū misericōdiā ⁊ vitatē: da oēdisti grāz ⁊ fidē. Et rñdit ethai regi dicēs: Viuit dñs ⁊ viuit dñs me' rex: qm̄ i q̄cūq; loco fuerit dñe mi rex siue i mōte siue i uita: ibi erit fu' tu'. Et ait dauid ethai: Veni ⁊ trāsi. Et trāsiuit ethai gethe' ⁊ rex ⁊ oēs uiri q̄ cū eo erant: ⁊ reliq̄ multitudo. Oēsq; flebāt voce magna: ⁊ uniuersus pplus trāsibat. Rex q̄q; trāsgrediebatur torrētē cedrō: ⁊ cūct' pplus ibat ꝓtra viā oliue q̄ respicit ad desertū. Veūt aūt ⁊ sadoch sacerdos ⁊ vniuersi leuite cū eo portātes arcā federis dei: ⁊ deposuerūt arcā dei. Et ascēdit abiathar: donec expletus ēet oīs pplus q̄ egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad sadoch: Reporta arcam dei i vrbē. Si iuenero gratiā i oculis dñi: reducet me ⁊ oñdet mihi eā: ⁊ tabernaculū suū: si aūt dixerit mihi: nō places: presto sum: faciat q̄ bonū ē cora se. Et dixit rex ad sadoch sacerdotē: O vidēs reuertē i ciuitatē i pace: ⁊ achimaas fil' tu' ⁊ ionathan fil' abiathar duo filij vri sint vobiscū. Ecce ego absc̄dar i cāpestrib' deserti: donec veniat ꝑmo a vob' indicans mihi. Reportauerūt g̃ sadoch ⁊ abiathar arcā dei i irl'm: ⁊ mansērūt ibi. Pō zo dauid ascēdebat cliuū oliuarū: scandens ⁊ flens: nudis pedib' incedens: ⁊ opto capite. Sz ⁊ ōis pplus q̄ erat cū eo: opto capite ascēdebat plorās. Nūciatū ē aūt dauid q̄ achitofel eēt i ꝓiuratōe cū absalō. Dixitq; dauid: Infatua q̄so dñe ꝓsiliū achitofel. Cūq; ascēdēt dauid sūmitatē mōtis i q̄ adorat' erat dñz: ecce occurrit ei chusi arachites scissa veste ⁊ tra plēo capite. Et dixit ei dauid: Si veneris mecū: eris mihi oneri: si aūt i ciuitatē reuertaris ⁊ dixeris absalon seru' tu' sū rex: patē me viuere: sicut fui seru' pr̄is tui: sic eo seru' tu': dissipabis cōsiliū achitofel. Habes aūt tecū sadoch ⁊ abiathar sacerdotes: ⁊ oē vbū q̄cūq; audieris i domo regis: idicabis sadoch ⁊ abiathar sacerdotib'. Sūt.n. cū eis duo filij eoz achimaas filius sadoch ⁊ ionathā fil' abiathar: ⁊ mittetis p eos ad me oē vbū q̄ audieritis. Veniente g̃ chusi amico dauid i ciuitatē: absalon q̄z ingressus ē irl'm: ⁊ achitofel cū eo.

.XVI.

Cumq; dauid trāsisset paululū mōtis verticē: apparuit siba puer miphiboseth i occursum eius cū duobus asinis qui onerati erant ducentis panibus: et centum

hpalata te me pd ẽ fug me palas compressa hyc vter teris est vas de corio

alligaturis uue passe: ⁊ centũ massis palata
rũ ⁊ duob' ucb' uini. Et dixit rex sibe: Quid
sibi uolũt hec? Rñditq; siba: Dñe mi rex: a
sini domestici regis ut sedeãt: ⁊ pães ⁊ palate
ad uescẽdũ pueris tuis: uinũ ãt ut bibat si qs
defecerit i deserto. Et ait rex: Vbi ẽ filius dñi
tui? Rñditq; siba regi: Remãsit in irlm di
cens: Hodie restituet mihi dom' ísrl regnũ
pris mei. Et ait rex sibe: Tua sint oia q̃ fue
rũt miphiboseth. Dixitq; siba: Oro ut iue
niã gratiã coram te dñe mi rex. Venit g rex da
uid usq; bahurim. Et ecce egrediebat inde uir
de cognatõe dom' saul nomine semei: filius gẽa:
procedebatq; egrediẽs: ⁊ maledicebat mitte
batq; lapides ꝓtra dauid: ⁊ ꝓtra uniuersos
seruos regis dauid. Omis ãt ppls ⁊ uniuersi bel
latores a dextro ⁊ a sinistro latere regis iceãbãt.
Ita ait loq̃batur semei cũ maledíceret regi: Ex
gredere: egredere uir sãguinũ: ⁊ uir belial. Red
didit tibi dñs uniuersũ sãguinẽ dom' saul:
qm̃ inuasisti regnũ p eo: ⁊ dedit dñs regnũ in
manu absalon filij tui: ⁊ ecce prmunt te ma
la tua qm̃ uir sanguinũ es. Dixit aũt abisai
filius saruie regi: Quare maledicit canis hic
moriturus dño meo regi? Vadaz ⁊ ãputabo
caput eius. Et ait rex: Quid mihi ⁊ uobis ẽ
filij saruie? Dimittite eũ ut maledicat. Dñs
n. prcepit ei ut malediceret dauid. Et qs ẽ q
audeat dicere q̃re sic fecerit? Et ait rex abisai
⁊ uniuersis seruis suis: Ecce filius meus q̃ egressus
ẽ de utero meo q̃rit aiaz meã: q̃nto magis hic
filius gemini maledicet mihi? Dimittite eũ ut
maledicat iuxta prceptũ dñi: si fortẽ respiciat
dñs afflictiõez meã: ⁊ reddat mihi dñs bo
nũ p maledictiõe hac hodierna. Ambula
bat itaq; dauid ⁊ socii eius p uiã cũ eo: semei
aũt p iugũ mõtis ex latere ꝓtra illũ gradieba
tur maledicẽs: ⁊ mittẽs lapides aduersũ eũ
terrãq; spargẽs. Vẽit itaq; rex dauid ⁊ uni
uersus pplus cũ eo lassus: ⁊ refocillati sunt
ibi. Absalon ãt ⁊ õis pplus eius igressi sũt irlz:
sz ⁊ achitofel cũ eo. Cũ ãt uenisset chusi ara
chites amicus dauid ad absalon: locutus ẽ
ad eum: Salue rex: salue rex. Ad quem ab
salon: Hec est inquit gratia tua ad amicum
tuum? Quare non iuisti cum amico tuo?
Respondítq; chusi ad absalon: Nequaq̃:
qz illius ero quem elegit dñs ⁊ omnis hic
populus: ⁊ uniuersus ísrl: ⁊ cum eo mãebo.
Sz ut ⁊ hoc inferã: cui ego seruiturus sũ?
Nõne filio regis? Sic̃ parui pri tuo: ita pa
rebo ⁊ tibi. Dixit aũt absalon ad achitofel:
Inite ꝓsiliũ qd agẽ debeam'. Et ait achito
fel ad absalõ: Ingredẽ ad pcubinas pris tui
qs dimísit ad custodiẽdã domũ: ut cũ audi
ẽrit omis ísrl q̃ fedauerit patrẽ tuũ: roborentur
tecũ manus eorũ. Tetẽderũt g absalõ tabernacu
lũ i solario: igressusq; ẽ ad pcubinas patris
sui coram uniuerso ísrl. Cõsiliũ aũt achitofel
qd dabat i diebus illis: q̃si si qs cõsuleret deũ:
Sic erat õe ꝓsiliũ achitofel: ⁊ cũ eet cũ da
uid: ⁊ cũ eet cũ absalon.

¶ .XVII.

Dixit g achitofel ad absalon: Eligã mi
hi duodecim milia uirorũ: ⁊ ꝓsurgẽs pse
quar dauid hac nocte: ⁊ irruẽs super eũ q̃p
pe qui lassus est ⁊ solutis manibus: perutã
eũ. Cũq; fugerit omis pplus q cũ eo ẽ: percutiã
regẽ desolatũ: ⁊ reducã uniuersũ pplm quo
unus hõ reuerti solet. Vnũ. n. uirũ tu q̃ris:
⁊ õis pplus erit i pace. Placuitq; sermo eius
absalon: ⁊ cũctis maioribus natu ísrl. Ait aũt
absalon: Vocate chusi arachitẽ: ⁊ audiam'
qd et ipse dicat. Cũq; uẽisset chusi ad ab
salon: ait absalõ ad eũ. Iuiuscemõi prmonẽ
locutus ẽ achitofel. Facẽ debemus an nõ? Qõ
das ꝓsiliũ? Et dixit chusi ad absalon: Nõ ẽ
bonũ ꝓsiliũ qd dedit achitofel hac uice. Et
rursũ intulit chusi. Tu nosti patrẽ tuũ ⁊ ui
ros q cũ eo sũt ẽe fortissimos ⁊ amaro aio:
ueluti si ursa raptis catulis in saltu seuiat.
Sz ⁊ pr tuus uir bellator ẽ: nec morabit cũ po
plo. Forsitan nũc latitat i foueis: aut i uno
qd uoluerit loco: ⁊ cũ ceciderit un' qlibet i prn
cipio: audiet qcũq; audiẽrit: ⁊ dicet: Facta ẽ
plaga i pplo q seqbat absalõ. Et fortissimus
qsq; cuius cor ẽ qi leonis: pauore soluet. Scit
n. õis pplus ísrl fortẽ ẽe patrẽ tuũ: ⁊ robu
stos ões q cũ eo sũt. Sed hoc mihi uidet re
ctũ ẽe ꝓsiliũ. Congregẽt ad te uniuersus po
plus ísrl a dan usq; bersabee q̃si arena mari
numerabil' ⁊ tu eris i medio eorũ: ⁊ irruem'
sup eũ i qcũq; loco iuent' fuerit: ⁊ opiemur
eũ sicut cadẽ solet ros sup terrã: ⁊ nõ relinq̃
mus de uiris q cũ eo sũt: nec unũ quidẽ. Quod si
urbẽ aliquã fuerit ingressus: circundabit
omis ísrl ciuitati illi funes: ⁊ trahem' eã i tor
rentẽ ut nõ repiat nec calculus qdẽ ex ea. Di
xitq; absalon ⁊ ões uiri ísrl: Melior ẽ ꝓsiliuz
chusi arachite ꝓsilio achitofel. Dñs aũt nu
tu dissipatũ ẽ ꝓsiliũ achitofel utile: ut induce
ret dñs sup absalon malũ. Et ait chusi sa
doch ⁊ abiathar sacerdotib': Hoc ⁊ hoc mõ
uit achitofel absalõ ⁊ seniorib' ísrl.

magnope ꝛ mlteꝛ adꝺubꝰ ꝗnꝫ

ꝛ ego tale ꝛ tale dedi cōſiliū. Nūc g̃ mittite cito: ꝛ nūciate dauid dicentes: Ne moꝛeris nocte hac i cāpeſtrib⁹ deſerti: ſꝫ abſq; dilatione trāſgredē: ne ſōte abſoꝛbeat rex: ꝛ oīs ppl⁹ q̄ cū eo ē. Ionathas aūt ꝛ achimaas ſtabāt iuxta fontē rogel. Abūt ācilla ꝛ nūciauit eis: ꝛ illi pfecti ſūt ut referrēt ad regē dauid nūciū. Nō.n. poterāt uideri: aut itroiꝛe ciuitatē. Uidit āt eos q̄dā puer: ꝛ indicauit abſalō. Illi vo cōcito gradu ingreſſi ſūt domū cuiuſdā uiri i bahuri q̄ habebat puteum i ueſtibulo ſuo: ꝛ deſcēderūt i eū. Tulit āt mulier: ꝛ expādit uelamē ſup os putei q̄ ſiccās tipſanas: ꝛ ſic latuit res. Cūq; vēiſſet ſui abſalō i domū ad mulierē: dixerūt: Ubi ē achimaaſ ꝛ ionathas? Et ꝛndit eis mulier: Trāſierūt feſtināt guſtata paululū aq̄. At hi q̄ q̄rebāt cū nō repperiſſēt: reuerſi ſunt i irl'm. Cūq; abiſſent: aſcēderūt illi de puteo: ꝛ pgētes nūciauerūt regi dauid: ꝛ dixerūt: Surgite ꝛ tranſite cito fluuiū: qm̄ huiuſcemodi dedit ꝓſiliū ꝓtra uos achitofel. Surrexit g̃ dauid ꝛ oīs ppl⁹ q̄ cū eo erat: ꝛ trāſierūt iordanē donec diluceſceret añ̄ denudaret vbū: ꝛ nec vn⁹ q̄dē reſidu⁹ fuit q̄ ñ trāſiret fluuiū. Porro achitofel videꝫ q̄ nō fuiſſet factū ꝓſiliū ſuū ſtrauit aſinū ſuū: ſurrexitq; ꝛ abūt i domū ſuā ꝛ in ciuitatē ſuā: ꝛ diſpoſita domo ſua ſuſpēdio iterūt: ꝛ ſepultus ē i ſepulchro ꝑis ſui. Dauid āt vēit i caſtra: ꝛ abſalō trāſyt iordanē ipe ꝛ oēs uiri iſrl' cū eo. Amaſa vo ꝓſtituit abſalō ꝓ ioab ſup exercitū. Amaſa āt erat filⁱ viri q̄ vocabat iethra de hieꝛreli q̄ igreſſus ē ad abigail filiā naas ſoꝛoꝛē ſaruie q̄ fuit mat̄ ioab. Et caſtrametat⁹ ē iſrl' cū abſalō in tꝛa galaad. Cūq; vēiſſet dauid i caſtra: ſobi filⁱ naas ò rabbath filioꝝ amō ꝛ machir filⁱ amihel ò lodabar: ꝛ berzellai galaadites ò rogeliz obtulerūt ei ſtratoria ꝛ tapetia ꝛ vaſa fictilia frumtū ꝛ hoꝛdeū ꝛ farinā ꝛ polētā ꝛ fabā ꝛ lentē ꝛ frixū oleo cicer ꝛ mel ꝛ butyꝝ: oues ꝛ p̄gues vitl'os: dedeꝛūtq; dauid ꝛ ppl'o q̄ cū eo erat ad veſcēdū. Suſpicati.n. ſūt pop̄lm fame ꝛ ſiti fatigari i deſerto.

¶. XVIII.

Itur ꝓſiderato dauid ppl'o ſuo: ꝓſtituit ſup eos tribunos ꝛ cēturiones: ꝛ dedit ppli ttiā ptē ſub mānu ioab: ꝛ ttiā ptē ſub mānu abiſai filij ſaruie ſ̄ioſ ioab: ꝛ ttiā ptē ſub mānu ethai q̄ erat ò geth. Dixitq; rex ad pp̄lm: Egrediar ꝛ ego uobiſcū. Et ꝛndit pp̄lus: Nō exibis. Siue.n. fugerim⁹ nō magnope ad eos de nob⁹ ptinebit: ſiue media pꝑ ceciderit e nob⁹ nō ſatis curabūt: qa tu vnus ſolus ꝑ decē milibus ꝓputaris. Melⁱ ē igit ut ſis nob⁹ i vꝛbe ꝓſidio. Ald q̄s rex ait. Q̄d vob⁹ vidē rectū: hoc faciā. Stetit g̃ rex iuxta portā. Egrediebat̄q; ppl⁹ p turmas ſuas cēteni ꝛ milleni. Et p̄cepit rex ioab ꝛ abiſai ꝛ ethai dicēs: Seruate mihi puerꝫ abſalon. Et oīs ppl⁹ audiebat p̄cipiētē regē cūctis p̄ncipib⁹ ꝑ abſalō. Itaq; egreſſus ē ppl⁹ in cāpū ꝓtra iſrl': ꝛ fcm̄ ē plūs i ſaltu effrai. Et ceſus ē ibi ppl⁹ iſrl' ab exercitu dauid: fcaq; ē plaga magna i die illa vigiti miliū. Fuit āt ibi plūs diſplū ſup faciē oīs tꝛe: ꝛ multo plures erāt q̄s ſalt⁹ ꝓſūpſerat de ppl'o q̄ hi q̄s voꝛauerat gladi⁹ i die illa. Accidit āt ut occurrēt abſalon ſeruis dauid: ſedēs mulo. Cūq; igreſſus fuiſſet mul⁹ ſubt̄ ꝓdēſā q̄rcū ꝛ magnā: adheſit caput eⁱ quercui: ꝛ illo ſuſpēſo int̄ celū ꝛ trā: mul⁹ cui ſ̄ederat ptranſiuit. Uidit aūt hoc q̄ſpiā: ꝛ nūciauit ioab dicēs: Uidi abſalō pendē de quercu. Et ait ioab viro q̄ nūciauerat ei. Si vidiſti q̄re nō ꝓfodiſti eū cū terra: ꝛ ego dediſſē tibi decem argēti ſiclos ꝛ vnū baltheū? Qui dixit ad ioab: Si appenderes i mānib⁹ meis mille argēteos: neq̄q̄ mitterē manū meā in filiū regis. Audiētib⁹.n. nob⁹ p̄cepit rex tibi ꝛ abiſai ꝛ ethai dicēs: Cuſtodite mihi puerū ab ſalon. Sꝫ ꝛ ſi feciſſē ꝓtra aīaz meā audacter neq̄q̄ hoc regē latere potuiſſet: ꝛ tu ſtares ex aduerſo. Et ait ioab: Nō ſic tu viſ: ſed agrediar eū cora te. Tulit g̃ ioab tres lāceaſ i manu ſua: ꝛ ifixit eas i corde abſalō. Cūq; adhuc palpitaret herens i quercu: cucurrerunt decē iuuenes armigeri ioab: ꝛ pcutientes iterfecerūt eū. Cecinit aūt ioab buccina ꝛ retinuit pp̄lm: ne pſeq̄rēt fugiētē iſrl': volēſ parcere multitudini. Et tulerūt abſalon: ꝛ ꝓiecerūt eū in ſaltu i foueā grandē: ꝛ ꝓpōtauerunt ſuper eū acerū lapidū magnū nimis. Oīs aūt iſrl' fugit in tabernacula ſua. Porro abſalon ereꝛerat ſibi cū adhuc viueret titulū q̄ ē i ualle regis. Dixerat enī: Nō habebo filiū: ꝛ hoc erit monimētū nominiſ mei. Uocauitq; titulū noīe ſuo: ꝛ appellat manus abſalon vſq; ad hāc diē. Achimaaſ aūt filⁱ ſadoc ait: Curꝛā ꝛ nūciabo regi: qꝛ iudiciū fecerit ei deⁱ ò manu ūmicoꝝ eius. Ald quē ioab dixit: Nō eris nūcⁱ hac die: ſed nūciabis i alia. Hodie nolo te nunciare.

h ptiſana ne me ꝑ a ordeū ſtratū pilo tuſſu decorticatu

Amaſan me cor

monimetū ꝛ medriale

fili⁹.n.regē mortu⁹.Et ait ioab chusi:Vade:ꝛ nūcia regi que uidisti.Adorauit chusi ioab:ꝛ cucurrit.Rursus āt achimaas filius sadoch:dixit ad ioab:Quid ipedit si ēt ego curro p⁹ chusi?Dixitq; ei ioab:Quid vis cū rere fili mi?Veni huc.Non eris boni nūcij baiul⁹.Qui rndit:Quid.n.si currero?Et ait ei:Curre.Cucurrēs g̃ achimaas per uiā ꝓ pēdij trāsiuit chusi.Dauid aūt sedebat inē duas portas.Speculatō vo q̃ erat i fastigio porte sup murū:eleuans oc̃los uidit hoiem currētē solū:ꝛ exclamās idicauit regi.Dixitq; rex:Si sol⁹ ē:bon⁹ ē nūci⁹ i ore ei⁹.Prop̃a te aūt illo ꝛ accedēte,ppi⁹:uidit speculator hoiez alterū cūrētē:ꝛ uociferās i culmine:ait:Apparet mihi alē hō:currēs sol⁹.Dixitq; rex.Et iste bon⁹ ē nūci⁹:Speculator ār ꝓtēplor ait cursū ꝓrius q̃i cursū achimaas filij sadoch.Et ait rex uir bon⁹ ē:ꝛ nūciū põtās bonū uenit.Clamans aūt achimaas:dixit ad regē:Salue rex.Et adorās regē corā eo ꝓnus i trā ait:Bñdict⁹ dñs de⁹ tu⁹ q̃ ꝓclusit hoies q̃ leuauerūt manus suas ꝓtra dominū meū ẽgē.Et ait rex:Est ne pax puero absalō?Dixitq; achimaas:Vidi tumultū magnū cū mitter̄t ioab ſu⁹ tu⁹ o rex me fuū nescio aliud.Ad quē rex:transi ait:ꝛ sta hic.Cūq; ille trāsisset ꝛ staret:apparuit chusi.Et ueniēs ait:Bonū apporto nūciū dñe mi rex.Iudicauit.n.p te dñs hodie ō mānu oīuz q̃ surrexerūt ꝓtra te.Dixit ār rex ad chusi:Est ne pax puero absalō?Cui rndēs chusi:fiāt iq̃t sicut puer ūmici dñi mei regi:ꝛ uniuersi q̃ ꝓsurgūt aduersus eū i malū.Cōturbat⁹ itaq; rex:ascēdit cēaculū põte:ꝛ fleuit.Et sic loq̃bat uadēs:Fili mi absalō:absalon fili mi.Quis mihi ꝛbuat ut ego mōiar,p te?Absalon fili mi:fili mi absalon..

.XIX.

taq; maledicta q̃ scripta sr̃ i libro hoc quez
legerũt corã rege iuda: q̃ dereliq̃rũt me et
sacrificauerũt dijs alicis ut me ad iracũdiã
ꝓuocarent i cũctis opibus manuũ suaz. Jc
circo stillabit furor me⁹ sup locũ istũ: ⁊ nõ
extinguetur. Ad regẽ ãt iuda q̃ misit uos p
dño deprecãdo sic loq̃mini. Hec dicit dñus
de⁹ isrl: Quñ audisti vba uoluminis atq; e-
mollitũ ẽ cor tuũ ⁊ hũiliat⁹ es i ꝓspectu dñi
sup his q̃ dicta sũt ꝓ tra locũ hũc ⁊ habita-
res irlm: reueritusq; facie meã scidisti uesti
mẽta tua ⁊ fleuisti coraz me: ego q̃z exaudi-
ui te dicit dñs. Jã. n. colligã te ad pres tuos
⁊ iferer⁊ i sepulchrũ tuũ i pace: nec uidebũt
oculi tui oẽ malũ q̃ ego iducturꝰ sum sup
locũ istũ ⁊ super habitatores eius. Rettule
rũt itaq; regi cuncta q̃ dixerat. At ille cõu
catis uniuersis maioribus natu iuda ⁊ irlz
ascendit in domum dñi: unaq; ões uiri iu
da ⁊ habitatores irlm sacerdotes ⁊ leuite ⁊
cunctus populus a minimo usq; ad maxi-
mum. Quibus audientibus in domo dñi
legit rex oia uerba uoluminis: ⁊ stans i tri-
bũali suo percussit fedus corã dño: ut am
bularet post eum ⁊ custodiret precepta ⁊ te
stimõia ⁊ iustificatiões eⁱ⁹ i toto corde suo
⁊ in tota anima sua: faceretq; q̃ scripta sũt
in uoluminе illo q̃ legerat. Adiurauit q̃z
sup hoc ões q̃ repti fuerant i irlm ⁊ bẽia-
mi: ⁊ fecerũt habitatores irlm iuxta pactum
dñi dei pr̃z suoz. Abstulit ḡ iosias cũctas
abominationes de univsis regiõib⁹ filiorũ
isrl: ⁊ fecit oes q̃ residui erãt i isrl fuire dño
deo suo. Cũctis diebꝰ uite eⁱ⁹ nõ recesserũt
a dño deo pr̃um suoz. ¶ .XXXV.

Fecit ãt iosias in irlz phase dño: qõ i-
molatũ ẽ q̃rtadecia die mẽsis pmi. Et
ꝓstituit sacerdotes i officijs suis: hortatus-
q; ẽ eos ut ministrarẽt i domo dñi. Leuit̃ q̃z
ad q̃z eruditionẽ oĩs isrl' scificabat dño: lo
cut⁹ ẽ: Ponite arcã i scuario tẽplı: qõ edifi-
cauit salomon filꝰ dauid rex isrl. Nleq; eiz
eã ultra portabit̃. Nũc ḡ ministrate dño deo
uõ ⁊ pplo ei⁹ isrl: ⁊ ꝓparate uos p domos
⁊ cognationes uãs i diuisiõib⁹ singlozz sic
ꝓcepit dauid rex isrl: ⁊ descripsit salomõ fi
li⁹ ei⁹: ⁊ ministrate i scuario p fãilias turmas
q̃z leuiticas: ⁊ scificati ũmolate phase. Fies
ẽt uõs ut possint iuxta vba q̃ locut⁹ ẽ dñs
i manu moysi facere ꝓparate. Dedit ꝓterea
iosias oĩ pplo q̃ ibi fuerat iuẽt i solẽnitate
phase agnos ⁊ hedos de gregib⁹ ⁊ reliq̃ pe
coris trigita milia bouũ q̃z tria milia. Hec õ
regis uniuersa substãtia. Duces q̃z eⁱ⁹ spõte
q̃ nouerãt obtulerũt tã pplo q̃ sacerdoti-
bus ⁊ leuitis. Porro helchias ⁊ zacharias
⁊ iehihel ꝓncipes dom⁹ dñi dederũt sacer-
dotibus ad faciẽdũ phase pecora cõmixtiz
duo milia sexcẽta ⁊ boues trecẽtos. Chone
nias aũt ⁊ semeias ẽt ⁊ nathanahel fres eⁱ⁹
necnon asabias ⁊ iahihel ⁊ ioçabad princi
pes leuitarum: dederũt ceẽis leuitis ad cele
brandũ phase quinq; milia pecorũ ⁊ boues
q̃ngentos. Preparatũq; ẽ misteriũ ⁊ steterũt
sacerdotes i officio suo: leuite q̃z in turmis
iuxta regi ꝓperiũ: ũmolatũ ẽ phase. Aspsert
q̃z sacerdotes manꝰ suas sanguine: ⁊ leuite
detraxerũt pelles holocaustoz: ⁊ separaue
rũt ea: ut darent p domos ⁊ fãilias singulo
rũ ⁊ offerẽt dño sicut scriptũ ẽ i libro moy
si. De bob⁹ q̃z fecerũt sil'r. Et assauerũt pha
se super ignẽ: iuxta qõ i lege scriptũ ẽ. Pacifi
cas vo hostias coxerũt i lebetis ⁊ cacabis
⁊ ollis: ⁊ festinato distribuerũt uniuerse ple
bi: sibi ãt ⁊ sacerdotibus postea parauerũt.
Nam in oblatione holocaustorum ⁊ adi
pum usq; ad noctem sacerdotes fuerunt
occupati: vnde ⁊ leuite sibi et sacerdotibus

filijs aaron parauerūt nouissimis. Porro
cātores filij asaph stabāt i ordīe suo: iuxta
p̄ceptū dauid ⁊ asaph ⁊ eman ⁊ ydithun ꝓ
phetaꝝ regꝫ dauid. Janitores v̄o ꝑ portas
singl̄as obseruabāt: ita ut nec pūcto q̄dē di
scedēnt a misterio. Quāobrē ⁊ fr̄es eoꝝ le-
uite parauerūt eis cibos. Oīs igr̄ cult̄a dn̄i
rite cōpleta ē i die illa: ut facēnt phase: ⁊ of-
ferrēt holocausta sup altare dn̄i iuxta p̄cep
tū regꝫ iosie. Fecerūtq; filij isrl̄ qui repti fue
rāt ibi phase i tp̄e illo ⁊ solēnitatē azimoꝝ
septē dieb⁹. Non fuit phase sil̄e huic i isrl̄ a
dieb⁹ samuel̄ ꝓphete. sz nec q̄sq̄ de cūctꝫ re-
gib⁹ isrl̄ fec̄ phase sicut iosias sacerdotib⁹ ⁊
leuitꝫ ⁊ oī iude ⁊ isrl̄ q̄ rept⁹ fuerat ⁊ hītāti-
b⁹ in irl̄m. Octauodecīo āno r̄gni iosie hoc
phase celebratū ē. Postq̄ īstaurauerat iosi
as tēplū: ascēdit nechao rex egypti ad pu-
gnādū i carchamis iuxta euphratē: ⁊ ꝓces-
sit i occursū ei⁹ iosias. At ille missis ad eū
nūcijs ait: Quid mihi ⁊ tibi rex iuda? Non
aduersū te hodie uenio: sz ꝯtra aliā pugno
domū: ad quaz me de⁹ festinato ire p̄cepit.
Desine adv̄sū deū facē q̄ mecū ē: ne it̄ficiat
te. Noluit iosias reuerti sz p̄parauit ꝯtra e-
uz bellū: nec acq̄euit s̄mōib⁹ nechao ex ore
dei: ueꝝ prexit ut dimicaret i cāpo maged-
do. Ibiq; uulnerat⁹ a sagittarijs dixit pue-
rꝫ suis: Educite me de p̄lio: q̄r oppido ul̄ne-
rat⁹ sū. Qui trāstulerūt eū d̄ curru i alterū
currū q̄ seq̄bat̄ eum more regio: ⁊ asporta-
uerūt eū i irl̄m. Mortuusq; ē ⁊ sepultus in
mausoleo p̄rum suoꝝ: ⁊ uniuersus iuda et
irl̄m luxerūt eū: hieremias maxīe cui⁹ ōes
cātores atq; cātatrices usq; i p̄ntē diē lamē
tatiōes sup iosiā replicāt: ⁊ q̄si lex obtinuit
i isrl̄. Ecce scriptū fert̄ in lamētatiōib⁹. Reli
q̄ āt s̄monū iosie ⁊ misericordiarum eius q̄
lege precepta sunt domini: opera q̄z illius
prima ⁊ nouissima scripta sunt in libro re-
gum iuda ⁊ israel. ¶ .XXXVI

Tulit g̊ ppl̄s t̄re ioachaç filiū iosie ⁊ cō
stituit regē ꝓ p̄re suo i irl̄m. Uigintitū
ānoꝝ erat ioachaç cū regnare cepisset: ⁊ tri
b⁹ mēsib⁹ regnauit i irl̄m. Amouit āt eum
rex egypti cū uenisset i irl̄m ⁊ cōdēnauit ter
rā cētū talētis argēti ⁊ talēto auri. Cōstitu-
itq; ꝓ eo regē eliachim fratrē ei⁹ sup iudā
⁊ irl̄m: ⁊ uertit nom̄ ei⁹ ioachim. Ip̄z v̄o io
achaç tulit secū: ⁊ adduxit i egyptū. Uigīti
q̄nq; annoꝝ erat ioachim cū regnare cepis
set: ⁊ undecī ānis regnauit i irl̄m. Fecq; ma
lū corā dn̄o deo suo. Cōtra hūc ascēdit na
buchodonosor rex chaldeoꝝ: ⁊ uinctū ca-
tenis duxit i babylonē: ad quaz ⁊ uasa dn̄i
trāstulit ⁊ posuit ea i tēplo suo. Reliq̄ āt v̄-
boꝝ ioachim ⁊ abominationū ei⁹ q̄s opa-
t⁹ ē: ⁊ q̄ iuēta sūt i eo ꝯtinent̄ i libro regū iu
da ⁊ isrl̄. Regnauit āt ioachiz fili⁹ ei⁹ ꝓ eo.
Octo ānoꝝ erat ioachim cū regnare cepis-
set: ⁊ trib⁹ mēsibus ac decē diebus regnauit
i irl̄m: fecitq; malū i cōspectu dn̄i. Cūq; an
ni circul⁹ uolueret̄: misit nabuchodonosor
rex nūcios q̄ ⁊ adduxerūt eū i babylonē: as
portatꝫ sil̄ p̄ciosissimis uasis dom⁹ dn̄i. Re
gē v̄o cōstituit sedechiā p̄rūū ei⁹ sup iudā et
irl̄m. Uiginti ⁊ uni⁹ āni erat sedechias cuz
regnare cepisset: ⁊ undecī ānis regnauit in
irl̄m. Fecq; malū i ocul̄ dn̄i dei sui nec eru-
buit faciē hieremie ꝓphete loquētꝫ ad se ex-
ore dn̄i. A rege q̄z nabuchodonosor r̄cessit
qui adiurauerat eū per deū ⁊ īdurauit cer-
uicē suā ⁊ cor: ut ñ rev̄tēt̄ ad dn̄m deū isrl̄.
Sz ⁊ uniuersi p̄ncipes sacerdotū ⁊ ppl̄us p̄
uaricati sūt iniq; iuxta uniuersas abomīa
tiones gētiū ⁊ polluerūt domū dn̄i quā sc̄i-
ficauerat sibi i irl̄m. Mittebat āt dn̄s deus
p̄rum suoꝝ ad illos ꝑ manū nūciorū suoꝝ
de nocte cōsurgēs ⁊ q̄tidie cōmonens: eo q̄
parcēt ppl̄o ⁊ hītacl̄o suo. At illi subsanna
bāt nūcios dei ⁊ paruipendebāt s̄mōes ei⁹:
illudebātq; ꝓphetꝫ: donec ascēdēt furō dn̄i
i ppl̄z eius ⁊ eēt nulla curatio. Adduxit. n.
sup eos regē chaldeoꝝ: ⁊ interfecit iuuenes
eoꝝ gladio i domo sc̄uarij. Nō ē mist⁹ ado
lescētis ⁊ uirginis ⁊ senis nec decrepiti q̄dē
sz ōes tradidit i māib⁹ ei⁹ uniuersaq; uasa
domus dn̄i tam maiora q̄ mīora ⁊ thesau
ros tēpli ⁊ regꝫ ⁊ p̄ncipū trāstulit in babylo
nem. Incenderūt hostes domuz dei: destru
xerūtq; murum irl̄m. Uniuersas turrea cō
busserunt: ⁊ quicquid preciosum fuerat de
moliti sunt. Siq̄s euaserat gladium duct⁹ i
babylonē s̄uiuit regi ⁊ filijs eius: donec im
paret rex p̄sarū: ⁊ cōpleret̄ s̄mo dn̄i ex ore
hieremie: ⁊ celebraret t̄ra sabbata sua. Cūc
tis enim diebus desolationis egit sabbatuz
usq; dum cōplerent̄ septuagīta anni. Anno
āt prīo cyri regis persarum ad explendū s̄-
monez dn̄i quē locutus fuerat per os hiere
mie suscitauit dn̄us sp̄m cyri regꝫ persaruz
qui iussit p̄dicari i uniuerso regno suo etiā
per scripturā dicens: Hec dicit cyrus rex p̄-
sarum: Oīa regna terre dedit mihi domin⁹

de⁹ celi ⁊ ipse precepit mihi ut edificarez ei domū i ierl̄m q̄ ē i iudea. Quis ex uob⁹ est in oī pp̄lo eius: ſit dñs deus suus cum eo et ascendat.

Explicit liber Habreiamin siue Paralipomenon secūdus. Incipit oīo manasses regi iuda: cum captus teneretur in babylone.

Omine de⁹ oīpotēs pr̄um nr̄oz abraam ysaac ⁊ iacob ⁊ semini eoz iusto: q̄ feciſti celū ⁊ trā cū oī ornatu eoz: q̄ signasti mare vbo precepti tui: q̄ cōcluſiſti abyſſū ⁊ signasti t̄ribili ⁊ laudabili nōi tuo quē oēs pauent ⁊ tremūt a vultu uirtutū tue: ⁊ i ſuſtētabilis ira ſup pc̄ores cōminationis tue: īmensa vo ⁊ iuestigabilis mia p̄miſſionis tue: q̄m tu es dñs altiſſim⁹ ſup oēm t̄zā lōganimis: ⁊ multū miſericors ⁊ penitēs ſr̄ maliciam hoīum. Tu ār dñe ſm bonitatez tuā p̄miſiſti p̄niaz remiſſiōis pc̄oz: ⁊ tu ō us iuſtoz nō poſuiſti p̄niam iuſt̄: abraam ysaac ⁊ iacob: bis q̄ tibi nō peccauerūt: q̄m peccaui ſup numez arene mar̄ multiplicate ſūt iniq̄tates mee: incuruat⁹ ſum m̄lto ui clo ferr̄i: ⁊ nō est īſpiratio mihi: q̄z excitaui iracūdiā tuā ⁊ malū corā te feci ſtatuēs abominationes ⁊ multiplicās offēſiones. Et nūc flecto genua cōdis mei precās ad te bonitatem dñe. Peccaui dñe peccaui: ⁊ iniq̄tatē meā agnoſco. Peto rogās te dñe remitte mihi remitte mihi: ne ſil̄ pdas me cum iniq̄tatib⁹ meis: neq; i etnū refues mala mihi: q̄z īdignū ſaluabis me ſm magnā miaz tuā: ⁊ laudabo te ſēp oībus dieb⁹ uite mee: q̄m te laudat oīs uirt⁹ celoz: ⁊ tibi ē glia i ſecula ſeculorū amen.

Explicit oīo manasses regis iuda. Incipit p̄fatio bt̄i Hieronymi p̄sbyt̄i i librū Eſdre.

Trū difficile ſit facē quod poſcit⁹ an negare necdum ſtatui. Naz uob⁹ aliq̄d ipe rātib⁹ ānuere ſñie ē: ⁊ magnitudo oneris ipoſiti ira ceruices p̄mit: ut ante ſub faſce ruendum ſit q̄ leuādū. Accedunt ad hoc inuidorum ſtudia: q̄ omne q̄ deſcribimus reprehēdendū putant. Et interdum p̄ tra ſe p̄ſcia repugnante publice lacerāt q̄ occulte legūt: in tātū ut clamare cōpellar ⁊ dicē: Dñe lib̄a aiam meā a labiis iniq̄s ⁊ a lingua doloſa. Tert⁹ ān⁹ ē q̄ ſēp ſcribēdo atz reſcribēdo ut eſdre librū ⁊ heſter uob⁹ de hebreo trāſferā: q̄ſi non hēatis greca ⁊ latina uolumia aut q̄cq̄d illud ē q̄ a nob⁹ uertit nō ſtati ab oībus p̄ſpuēdū ſit. Fruſtra ār ut ait q̄dā niti neq; aliud fatigando niſi oduz q̄rere extreme demētie ē. Itaq; obſecro uos mi dommon ⁊ rogatiane cariſſimi: ut p̄uata lectione p̄tēti libros nō efferatis i publicū: nec faſtidioſis cibos īgeratis: uitetiſq; e orū ſupercilia: q̄ iudicare tm̄ de alijs ⁊ ipſi facere nihil nouerūt. Q̄d ār fr̄um ſūt q̄bus nr̄a nō diſplicēt: his tribuatis exēplar amonētes ut hebrea noia q̄z grādis i hoc uolumie copia ē: diſtincte ⁊ p ītualia trāſcribāt. Nihil.n. proderit emēdaſſe librū niſi emendatio librarioz diligētia p̄fuer. Nec quēq; moueat q⁹ un⁹ a nob⁹ liber edit⁹ ē: nec apocryphorū t̄rū ⁊ q̄rti libri ſonijs delectentur q: ⁊ apd hebreos eſdre neemieq; ſermōes i unū uolumē coartāt: ⁊ q̄ nō hñt apud illos nec de uigitiq̄ttuo ſenib⁹ ſt̄ pcul abijciēda. Q̄d ār ſeptuagita uob⁹ opposuerit it̄pres: q̄z exēplarīa uarietas ipa lacerata ⁊ eue: ſa demōſtrat: nec pōt utiq; uez aſſeri q̄ diſſū ē: mittite eū ad euangelia: i q̄b⁹ multa pnūt q̄ſi de ueteri teſtamēto q̄ apud ſeptuagita it̄pres nō hñt: uelut illud q̄m naza: eus uocabit: ⁊ ex egypto uocaui filiū meū: ⁊ uidebunt i quē cōpunxerūt multaq; alia q̄ lationi opi refuamus: ⁊ q̄rite ab eo ubi ſcripta ſūt. Cūq; pferre non potuerit uos legite de his exēplarib⁹ q̄ nup a nob⁹ edita maledicoz q̄tidie linguis p̄fodiūt: Dz ut ad cōpēdiū ueniā: certe q̄ illatur⁹ ſū equiſſimus ē. Edidi aliq̄d q̄ nō hēt i greco: aut aliter hēt q̄ a me uersū ē. Quid intēptez laniāt: Intro gēt hebreos: ⁊ ipis auctorib⁹ trāſlatiōi mee uel arrogent uel derogēt fidem. Porro aliud est ſi clauſis q̄ oī oculis mihi uolunt maledicere: ⁊ non imitantur grecorum ſtudiuz ⁊ beniuolentiam: qui poſt ſeptuagita tranſlatores iam chr̄iſti euangelio coruſcante iudeos ⁊ hebionitas legis ueteris interp̄tes aquilam uidelicet ⁊ ſymmachū ⁊ theodotionez ⁊ cuioſe legunt: ⁊ per originis labōrē in exaplois eccleſijs dedicarunt. Quāto magis latini grati eſſe deberent: q⁹ exultantem cernerent greciam a ſe aliquid mutuari: Primū.n. magnorū ſumptuū ē ⁊ īfinite difficultatis exemplaria poſſe hīc oia.

deinō ēt q̄ hūerīt ꝛ hebreū ꝑmōis ignari sīt: magis errabūt: ignorātes q̄s e multū ueriꝰ dixerīt. Qō ēt sapiētissimo cuidā nup apō grecos accidit: ut int̄dum scripture sesū relinquēs: uniuscuiuslibet it̄pretis seq̄ret errorē. Nos āt q̄ hebree ligue saltē paruā hēm⁹ sciam: ꝛ latinus nobis utcūq; ꝑmo ñ deest: ꝛ de alīs magis possum⁹ iudicare: ꝛ ea q̄ ipsi intellim⁹ in nāa lingua promē. Itaq; licet hydra sibilet: uictorq; synon incendia iactet: nūq̄ meū iuuante christo silebit eloquiuz: etiā precisa ligua balbutiet. Legāt q̄ uolūt: q̄ nolunt abīciāt. Euentilēt apices: līas calumnientur. Magis uīa caritate prouocabor ad studium: q̄ illoꝝ detractiōe ꝛ odio deterrebor.

¶ Explicit prefatio. Incipit liber esdre primus. Capl'm. I.

In anno primo cyri regis psa: nm ut cōpleret v̄bum dn̄i ex ore hieremie: suscitauit dn̄s sp̄z cyri regis psaꝝ: ꝛ trāsduxit uocē i ōni regno suo ēt p scripturā dicēs: Hec dic̄ cyrus rex psaꝝ: Oia regna t̄re ōdit mihi dn̄s de⁹ celi: ꝛ ipse ꝑcepit mihi ut edificarē ei domū i ir'lm q̄ ē i iudea. Quis ē in uob̄ de uniuerso pp'lo ei⁹? Sit dn̄s ill⁹ cuz eo. Ascēdat i ir'lm q̄ ē i iudea: ꝛ edificet domū dei isr'l. ipse ē de⁹ q̄ ē i ir'lm. Et ōes reliq̄ i cūct̄ loc̄ ubicūq; hītant adiuuēt euz uiri de loco suo argēto ꝛ auro ꝛ substantia ꝛ pecorib⁹: excepto qō uolūtarie offerīt templo dei qō ē i ir'lm. Et surrexerūt ꝓncipes ꝓuz de iuda ꝛ bēiamī ꝛ sacerdotes ꝛ leuite: ꝛ ōnis cuius suscitauit de⁹ sp̄m: ut ascēdēt ad edificādū tēplū dn̄i qō erat i ir'lm. Univ̄si q̄ erāt i circuitu adiuuerūt man⁹ eoꝝ i uasis argēteis ꝛ aureis i substātia ꝛ iumēt̄ i supellectili exceptis his q̄ spōte obtulerāt. Rex q̄ cyr⁹ protulit uasa tēpli dn̄i q̄ tulerat nabuchodonosor de ir'lm: ꝛ posuerat ea in tēplo dei sui. Protulit aūt ea cyrus rex psarū per manū mithridat̄ filij gaçabar: ꝛ annūerauit ea sasabasar principi iude: ꝛ hic ē nūer⁹ eorum. Phiale auree triginta: phialle argētee mille: cultri uigintinouē cyphi auzei triginta cyphi argentei secūdi q̄dringenti decē uasa alia mille. Oia uasa aurea ꝛ argētea q̄nq; milia q̄dringenta. Vniuersa tulit sasabasar cū his q̄ ascēdebant de trasmigratōe babylonis in ir'lm. ¶ .II.

Hij sūt āt puīcie filij q̄ ascēderūt de captiuitate quā trāstulerat nabuchodonosor rex babylōis i babylonē: ꝛ reuersi sē in ir'lm ꝛ iudea unusq̄sq; i ciuitatē suā: qui uenerūt cū çorobabel ꝛ iesua neemia saraia rabelaia mardochai belsan mesphar beguai reum baana. Numer⁹ uiroꝝ ppli isr'l. Filij phares: duo milia cētū septuagitaduo. Filij arethi septigenti septuagitaq̄nq;. Filij gersephatia: trecēti septuagitaq̄nq;. Filij saphacia: trecēti septuagintaduo. Filij area: septigēti septuagintaq̄nq;. Filij phet moab filioꝝ iosue octingēti: ioab duo milia octingēti duodeci. Filij helaz: mille ducenti q̄nq̄gitaq̄ttuor. Filij çethua: nōgētiq̄dragitaquinq;. Filij çachai: septigenti sexagita. Filij bai: sexcēti q̄dragita duo. Filij bebai: sexcenti uigititres. Filij azgad: mille ducēti uigiti duo. Filij adōicā: sexcēti sexagitasex: Filij beguai duo milia q̄nq̄gitasex. Filij adin q̄dr̄igētiq̄n q̄gintaq̄ttuor. Filij ather: q̄ erāt ex eçechia: nonagitaocto. Filij besai: trecēti uigititres. Filij iora: cētū duodeci. Filij asem ducēti uigititres. Filij gebbar: nōgētiq̄nq;. Filij bethleem: cētū uigiti tres. Viri netupha: q̄nq̄gitasex. Viri anathot: cētū uigitiocto. Filij az maueth q̄dragitaduo: Filij cariathiariz: cephira ꝛ beroth septigētiq̄dragitatres. Filij tama ꝛ gabaa: sexcēti uigitiuⁿ. Viri machmas: cētum uigiti duo. Viri bethel ꝛ chai: ducēti uigiti tres. Filij nebo: q̄nq̄gitaduo. Filij megbis: cētū q̄nq̄gita sex. Filij helam alterius: mille ducētiq̄nq̄gitaq̄ttuor. Filij arim: trecēti uiginti. Filij lodadin ꝛ ono: septingenti uigintiquinq;. Filij hiericho: trecēti quadragintaquinq;. Filij senaa: tria milia sexcenti triginta. Sacerdotes. Filij iadaia i domo iesue: nongēti septuagita tres. Filij emmer: mille quinq̄gintaduo. Filij phessur: mille ducenti quadragintaseptem. Filij arim: mille decem ꝛ septem. Leuite. Filij iesue ꝛ sedmibel filiorum odeuie: septuagiquattuor. Cantores. Filij asaph: centum uigitiocto. Filij ianitorum. Filij sellum filij ather filij telmon filij acub filij attita filij

ſobai:uniuerſi cētū trigitanouē. Nathīnei: filij ſia filij aſupha filij reba oth filij ceros filij ſiaa filij phadon filij lebana filij agaba filij accub filij agab filij ſelmai filij anā filij gaddel filij gaer filij raahia filij raſin filij nechoda filij gaçem filij aſech filij phaſea filij beſee filij aſemaa filij munim filij nephuſiz filij bechue filij acupha filij azur filij beſluth filij maida filij arſa filij bercos filij ſiſara filij thema filij naſia filij atupha filij ⁊ uorum ſalomōis filij ſothei filij ſopheret filij pharuda filij iala filij dercon filij geddel filij ſaphata filij athil filij phocereth q̄ erant de aſebaiz filij amim. Oēs nathinnei ⁊ filij ſeruoꝝ ſalomonis trecēti nonaginta duo. Et hi q̄ aſcendēt ō thelmala thelarſa cherub ⁊ don ⁊ mer ⁊ non potuerūt indicare domū p̄ium ſuorū ⁊ ſemen ſuū: utruz ex iſrl eēnt. Filij dalaia filij thobia filij nechoda ſexcenti q̄nq̄gitaduo. Et ō filijs ſacerdotum filij iobia filij accos filij berçellai q̄ accepit de filiab⁹ berçellai galaaditis uxorem ⁊ uocat⁹ ē noie eorū. Hi queſierūt ſcripturā genealogie ſue ⁊ nō inuenerūt: ⁊ eiecti ſūt ō ſacerdotio. Et dixit atherſatha eis: ut non comedēnt de ſcō ſcoꝝ dōec ſurgēt ſacerdos doct⁹ atq; pfect⁹. Oīs multitudo q̄ſi unus q̄dragīta duo milia trecēti ſexagita exceptis ſuis eorū ⁊ ancillis q̄ erāt ſeptē milia trecēti trigitaſeptē: ⁊ i ipſis cātores atq; cātatrices ducēti. Equi eorū ſexcēti trigitaſex: muli eorū ducēti q̄dragitaq̄nq; : cameli eorum quadrigenti trigitaq̄nq; aſini coꝝ ſex milia ſeptingēti uigiti. Et de p̄cipib⁹ p̄ium cū ingredēnt tēplū dñi qō ē in irlm: ſpōte obtulerūt in domū dei ad extruēdā eā i loco ſuo. Scōm uires ſuas ōderūt impēſas opis auri ſolidos q̄draginta milia ⁊ mille: argenti minas q̄nq; milia: ⁊ ueſtes ſacerdotales cētum. Habitauerūt ergo ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ de pplo ⁊ cantores ⁊ ianitores ⁊ nathinnei i urbib⁹ ſuis: uniuerſuſq; iſrael i ciuitatibus ſuis. ¶ .III.

Almq; uenerat mēſis ſeptim⁹: ⁊ erāt filij iſrl i ciuitatib⁹ ſuis. Congregat⁹ ē ppl's q̄ſi uir un⁹ i irlm: ⁊ ſurrexit ioſue filius ioſedech ⁊ fīes ei⁹ ſacerdotes ⁊ çorobabel filij ſalathiel ⁊ fīes ei⁹: ⁊ edificauerūt altare dei iſrl: ut offerrēt in eo holocauſtomata: ſic ſcriptū ē i lege moyſi uiri dei. Collocauerūt aūt altare dei ſuper baſes ſuas de tīrārū tibus eos p circuitū ppl's ⁊ rarū: ⁊ obtuleūt ſ illud holocauſtū dño mane ⁊ ueſpe. Fecerūq; ſolēnitatē tab⁹nacl⁹ ſicut ſcriptū ē: et holocauſtum dieb⁹ ſinguł p ordinē ſm preceptū op⁹ dei i die ſuo ⁊ p⁹ hec holocauſtū iuge tā i kalendis q̄ i uniuerſis ſolēnitatib⁹ dñi q̄ erāt ꝓſecrate: ⁊ i ōib⁹ i qb⁹ ultro offerebat man⁹ dño. A p̄mo die mēſis ſeptimi ceperūt offerre holocauſtū dño. Porro tēplū dei nōdū fundatū erat. Dederūt āt pecunias latomis ⁊ cemētarijs: cibū q̄; et potū ⁊ oleū ſydonijs tyrijſq; : ut deferrēt ligna cedria ō libano ad mare ioppen: iuxta q̄ p̄cepat cyrus rex pſaꝝ eis. Anno aūt ſecūdo aduēt⁹ coꝝ ad tēplū dei i irlm nſe ſo cepeūt çorobabel filij ſalathiel ⁊ ioſue filius ioſedech ⁊ reliq̄ de frib⁹ eoꝝ ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ oēs q̄ uenerāt de captiuitate i irlm: ⁊ cōſtituerūt leuitas a uigīti ānis ⁊ ſupra: ut urgerent op⁹ dñi. Ꝑtetitq; ioſue ⁊ filij eius ⁊ fīes ei⁹ cedmihel ⁊ filij eius ⁊ filij iuda q̄ſi uir un⁹: ut iſtarēt ſup eos qui faciebāt opus i tēplo dei: filij enadab ⁊ filij eoꝝ ⁊ fīes coꝝ leuite. Fundato igī a cemētarijs tēplo dñi: ſteterūt ſacerdotes i ornatu ſuo cū tub⁹ ⁊ leuite filij aſaph in cymbal⁹: ut laudarent deū p man⁹ dauid regi iſrl. Et cōcinebāt i hymnis ⁊ cōfeſſione dño qm̄ bon⁹: qm̄ i ętnum miſa ei⁹ ſup iſrl. Oīs aūt ppl⁹ uociferabat clamore magno i laudando dñm: eo q̄ fundatū eēt tēplū dñi. Plūimi ēt de ſacerdotib⁹ ⁊ leuit⁹ ⁊ p̄ncipes p̄ium ⁊ ſēiores q̄ uiderāt tēplū p⁹ cū fūdatū eēt ⁊ hoc tēplū i oc⁹ eoꝝ flebāt uoce magna: ⁊ mlti uociferātes i letitia eleuabāt uocē: nec poterat q̄ſq; agnoſcere uocē clamor⁹ letātiū ⁊ uocē fletⁿ ppli: Cōmixti .n. ppl's uociferabat clamore magno ⁊ uox audiebat procul. ¶ .IIII.

Audierūt aūt hoſtes iude ⁊ bēiamī: q; filij captiuitat⁹ edificarēt tēplum dño deo iſrl: ⁊ accedētes ad çorobabel ⁊ ad p̄cipes p̄ium: dixerūt eis: Edificem⁹ uobiſcū q; ita ut uos q̄rim⁹ deū u̅m. Ecce nos imo lauimus uictimas a dieb⁹ aſſo: addan regi aſſur: q̄ adduxit nos huc. Et dixit eis çorobabel ⁊ ioſue ⁊ reliqui principes p̄ium iſrl: Nō ē nobis ⁊ uob⁹ ut edificem⁹ domū deo nr̄o: ſed noſ⁹ſ ſoli edificabim⁹ deo nr̄o: ſic p̄cepit nob⁹ cyr⁹ rex perſaꝝ. Factum ē igī ut pplus t̄re ipediret man⁹ ppli iude: ⁊ turbaret eos in edificando. Conduxerunt quoq;

193

aduersus eos ꝓsiliatores:ut destruẽt ꝓsilium eoꝝ ōib⁹ diēb⁹ cyri regis psaꝝ z usq; ad regnū darij regis psaꝝ. In regno āt assueti ipse ē artaxerxes:i principio regni ei⁹ scripserunt accusationē aduersus hītatores iud z irl̄m. Et i dieb⁹ artaxerxis scripsit besellā mithridates z thabeel z ceteri q̄ erāt i ꝓsilio eoꝝ artaxerxem regē psaꝝ. Epla āt accusatiōis scripta erat syriace:z legebat fm̄ōe syro. Reuz beeltheez z samsai scriba scripserūt epl̄am unā ō irl̄m artaxerxi igi huiuscemōi. Reuz beeltheez z samsai scriba z reliq̄ ꝓsiliatores eoꝝ dynei z apharsathei thersphalei arphasei herchuei babylonij susannachei dyei z elamite z ceteri de gētib⁹ quas trāstulit asēnaphar magn⁹ z glioſus:z hitare eas fecit i ciuitatib⁹ samarie z i reliq̄s regiōib⁹ trās fluñ i pace. Hoc ē exēplar epl̄e: quā miserūt ad eū. Artaxerxi regi fmi tui viri q̄ sūt trās fluuiū salutē dicūt. Notū sit regi:qz iudei q̄ ascēderūt a te ad nos uenerūt i irl̄m ciuitatē rebellē z pessimā:quam edificant extruentes muros ei⁹ z parietes componentes. Nūc igē notū sit regi:qz si ciuitas illa edificata fuerit z muri eius instaurati tributū z uectigal z ānuos reddit⁹ nō dabūt: z usq; ad reges hec noxa perueniet. Nos g̃ memores sal' qō i palatio comedim⁹:z qz lesiōes īgis uidē nephas ducim⁹:iccirco misimus z nūciauim⁹ regi:ut recēseas i libris historiaꝝ pūm tuoꝝ:z īuenies scriptū in comentarijs z scies qm̄ urbs illa vrbs ībellis ē z nocēs regib⁹ z puicūs z bella cōcitāt i ea ex dieb⁹ ātiq̄s:quāobrē z ciuitas illa ō structa ē. Nunciamus nos regi: qm̄ si ciuitas illa edificata fuerit z muri ipsi⁹ instauzati possessionē trans fluuium non hēb. Verbū misit rex ad reuz beeltheē z sāsai scribā z ad reliquos q̄ erant in consilio eoꝝ hitatores samarie z ceteis trās fluuiuz salutē dicēs z pacē. Accusatio quā misistis ad nos: manifeste lecta ē corā me:z a me preceptuz ē:z recēsuerūt:inuenerūtq; qm̄ ciuitas illa a dieb⁹ antiquis adūsū reges rebellat: z seditiones z plia cōcitant i ea. Nam z reges fortissimi fuerūt i irl̄m q̄ z dnāti sūt ōi regioni q̄ trās fluuiū ē. Tributū q̄z z uectigal z reddit⁹ accipiebāt. Nē g̃ audite sn̄iam: prohibeatis uiros illos ut vrbs illa non edificetur:donec si forte a me missum fuerit. Uiō te ne negligēter hoc impleatis:z paulatim crescat malum cōtra reges. Itaq; exemplū edicti artaxerxis regis lectū est coram reuz beeltheez z samsai scriba z cōciliarys eoꝝ. Et abierunt festini in hierusalem ad iudeos z prohibuerunt eos in brachio z in roboꝝ. Tunc intermissum est opus domus dn̄i in hierusalem:z non fiebat usq; ad annum secundum regni darij regis psarum. ¶ .V.

Prophetauerūt āt aggeꝰ ppheta z zacharias filꝰ addo:ppbetates ad iudeos:q̄ erāt i iuda z irl̄m in noie dei isrl̄. Tūc surrexerūt zorobabel filꝰ salathiel z iosue filꝰ iosedech z cepunt edificare tēplū dn̄i in irl̄m:z cū eis ppbete dei adiuuātes eos. In ipso āt tpe uēit ad eos thātānai q̄ erat dux trans fluñ z stabuçānai z cōsiliarij eoꝝ sic qz dixerūt eis: Quis dedit uob⁹ consiliū:ut domū hāc edificaretis:z muros ei⁹ īstaurare?: Ad qō rñdim⁹ eis:q̄ eēnt noia hoium auctoꝝ edificatōis illi⁹. Oculus āt dei eoꝝ factus ē sup senes iudeoꝝ:z non potuerūt ībibē eos. Placuitqz ut res ad dariū īferret:z tūc satisfacēnt adūsus accusationē illā. Exēplar epl̄e quā misit thātannai dux regionis trās flum̄ z starbuçānai z cōsiliatores ei⁹ apharsathei q̄ erāt trās flumē ad dariuz regē. Sermo quē miserāt ei sic script⁹ erat: Dario regi pax ōis. Notuz sit regi: isse nos ad iudeam prouicia ad domū dei magni q̄ edificat lapide ipolito:z lugna ponūt i parietib⁹:opusqz illud diligēt extruit z crescit i māib⁹ eoꝝ. Interrogauim⁹ g̃ senes illos:z ita dixim⁹ eis: Quis dedit uob⁹ pīatem ut domū hāc edificaretis:z muros hos īstaurare tis?: Sed z noia coꝝ q̄siuim⁹ ab eis ut nūciarem⁹ tibi:scripsimusqz noia eoꝝ uiroꝝ q̄ sunt principes i eis. Huiuscemōi āt fmonē rñderunt nob⁹ dicentes: Nos sum⁹ fmi dei celi z tre:z edificam⁹ tēplū qō erat extructū añ hos annos multos:quodqz rex isrl̄ magn⁹ edificauerat z extruxerat. Postq̄ āt ad iracundiam prouocauerunt pres nr̄i deum celi:tradidit eos in man⁹ nabuchodonosor regis babylonis chaldei:domū q̄z hāc destruxit:z pplm ei⁹ trāstulit i babylonē. Anno āt prio cyri regis cyrus rex babylonis posuit edictū:ut dom⁹ dei edificaret. Nam z uasa templi dei aurea z argentea q̄ nabuchodonosor tulerat de tēplo qō erat i irl̄m z asportauerat ea i tēplū babylōis :ptulit cyrus rex de tēplo babylonis:z data sūt sabasar uocablo:quem z principem ꝓstituit:

dixitq; ei: Hec uasa tolle & uade: & pone ea
i tẽplo qđ ẽ i ihrlm: & dom⁹ dei edificet i loco
suo. Tunc itaq; sasabasar ille uenit & po-
suit fundamẽta tẽpli dei i ihrlm: & ex eo tpe usq;
nũc edificat & necdũ cõpletũ ẽ. Nunc ḡ si
videt regi bonũ: recẽseat i bibliotheca regis
q̃ ẽ i babylõe: utrũ nã a cyro rege iussũ fue
rit: ut edificaretur dom⁹ dei in ihrlm: & uolũ
tatem regis sup hac re mittat ad nos. ¶.VI.

TUnc darius rex pcepit: & recẽsuerũt i bi
bliotheca librorũ q̃ erãt reposĩti i ba-
bylone: & iuẽtũ ẽ i echbathanis: qđ ẽ castrũ
i medena, puicia uolumẽ unũ: talisq; scrip-
t⁹ erat i eo cõmẽtarius: Anno pmo cyri regis
cyrus rex decreuit ut dom⁹ dei edificaretur
q̃ ẽ i ihrlm: i loco ubi imolãt hostias: & ut po
nãt fundamẽta suppositãtia altitudinẽ cu
bitorũ sexagita & latitudinẽ cubitorũ sexagi
ta: ordines de lapidib⁹ ipolitis tres & sic or
dines de lignis nouis. Sumptꝰ ãt ỏ domo re-
gis dabũtur. Sed & uasa tẽpli dei aurea et
argẽtea q̃ nabuchodonosor tulerat ỏ tẽplo
ihrlm: & attulerat ea i babylonẽ: reddãt & re-
ferãt i tẽplũ ihrlm i locũ suũ: q̃ & posita sunt
i tẽplo dei. Nũc ḡ thãtannai dux regiõis q̃ ẽ
trãs flumen & starbuçãnai & cõsiliarij uri a-
pharsathei q̃ estis trãs flumẽ, pcul recedite
ab illis: & dimittite fieri tẽpli dei illud a du
ce iudeorũ & a seniorib⁹ eorũ: & dom⁹ dei illa
edificet in loco suo. Sed & a me pceptũ est:
đd oporteat fieri a pỹbyteris iudeorũ illũ ut e-
dificet dom⁹ dei. s. ut de arca regis. i. de tri-
butũ que dãt de regiõe trãs flumen studiose
sumpt⁹ dent uiris illis: ne impediat op⁹. Qđ si ne-
cesse fuerit & uitulos & agnos & hedos i ho-
locaustũ deo celi: frumẽtũ sal uinũ & oleũ ꝯ
ritũ sacerdotũ: q̃ sunt i ihrlm det eis p singlos
dies ne sit i aliq̃ q̃rimonia: & offerãt oblati-
ões deo celi: orentq; p uita regis & filiorũ ei⁹.
A me ḡ positũ ẽ decretũ: ut ois hõ q̃ hanc
mutauerit iussionẽ: tollat lignũ de domo ip
si⁹ & erigat & cõfigat i eo. dom⁹ ãt ei⁹ publi-
cet. Deꝰ ãt q̃ habitare fecit nomẽ suũ ibi dissi-
pet oia regna: & pplm q̃ extẽderit manũ su
az: ut repugnet: & dissipet domũ dei illã q̃ ẽ
in ihrlm. Ego darius statui decretũ: qđ studio
se impleri uolo. Thãtannai dux regiõis
trãs flumen & starbuçannai & cõsilarij eius
sm qđ pceperat darius rex: sic diligẽt executi
sunt. Seniores ãt iudeorũ edificabant: & p-
sperabãt iuxta pphetiã aggei pphete & za-
charie filij addo. Et edificauerũt & pstruxe-
rũt iubẽte deo ihrl: & iubẽte cyro & dario et
artaxerxe regib⁹ psaꝝ: & cõpleuerũt domũ
dei istã: usq; ad diẽ tertiũ mẽsis adar: q̃ ẽ ãn⁹
sext⁹ regni darij regis. Fecerũt ãt filij ihrl sa-
cerdotes & leuite & reliq filiorũ transmigra
tionis dedicationẽ dom⁹ dei i gaudio: & ob
tulerũt i dedicatione dom⁹ dei uitulos cen-
tũ arietes ducentos agnos quadringentos
hircos capraꝝ, p pcõ totius ihrl duodeci iux
ta numerũ tribuũ ihrl. Et statuerũt sacerdo
tes i ordinib⁹ suis & leuitas i uicib⁹ suis su
p opa dei i ihrlm: sicut scriptũ ẽ i libro moysi.
Fecerũt ãt filij trãsmigratiõis pascha q̃rta-
decima die mẽsis pmi. Purificati. n. fuerãt
sacerdotes & leuite q̃si un⁹: omnes mũdi ad
imolãdũ pascha univsis filijs trãsmigrati
onis & frib⁹ suis sacerdotib⁹ & sibi. Et cõe-
derũt filij ihrl q̃ reuersi fuerãt de trãsmigra
tiõe: & ões q̃ se sepauerãt a coiqnatõe gẽtiũ
re ad eos: ut q̃rerẽt dñm deũ ihrl. Et fecerũt
solẽnitatẽ azimorũ septẽ dieb⁹ i letitia: qm le
tificauerat eos dñs: & cõuerterat cor regis as
sur ad eos: ut adiuuaret manꝰ eorũ i ope do
mus dñi dei israel. ¶.VII.

POst hec ãt ỹba i regno artaxerxis re-
gis psaꝝ esdras filius saraie filij azarie fi
lij helchie filij sellũ filij sadoch filij achitob
filij amarie filij açarie filij maraioth filij ça
rie filij oçi filij bocci filij abisue filij finees fi
lij eleaçar filij aaron sacerdotis ab ỹtio: ipe
esdras ascẽdit de babylõ & ipse scriba ue-
lox i lege moysi: quã dñs deꝰ dedit ihrl. Et
dedit ei rex sm manum dñi dei ei⁹ bonam
sup eũ õem petitionẽ ei⁹. Et ascenderũt ỏ fi
lijs ihrl & de filijs sacerdotũ & de filijs leui-
taꝝ & de cãtorib⁹ & de ianitorib⁹ & de nathi
neis i ihrlm ãno septio artaxerxis regis: & ue-
nerũt i ihrlm mẽse qnto: ipse ẽ ann⁹ septimus
regis. Quia i prio die mẽsis pmi cepit ascẽ-
dẽ de babylõe: & i prio die mẽsis qnti uenit
i ihrlm iuxta manũ dei sui bonã sibi se. Esdras
autem parauit cor suũ: ut inuestigaret legeꝝ
dñi & facẽt & docẽt i ihrl pceptũ & iudicium.
Hoc ẽ autẽ exemplar epl̃e edicti: Rex arta
xerxes esdre sacerdoti scribe erudito i sm
nibus & pceptis dñi & cerimonijs ei⁹ in ihrl.
Artaxerxes rex regũ esdre sacerdoti scribe
legis dei celi doctissimo salutem. A me de-
cretum est: ut cuicunq; placuerit in regno
meo de populo israel & de sacerdotibus ei⁹

facerdotib⁹ ei⁹ ⁊ ō leuitis ire i ir̄l̄m:tecū ua
dat. ¶A facie.n.regⁱ ⁊ septē ꝓsiliatoꝝ ei⁹ mis
i⁹ es:ut uisites iudeā ⁊ ir̄l̄m:i lege dei tui q̄
ē⁹ mān tua: ⁊ ut feras argētū ⁊ auꝝ:qō rex
⁊ ꝓsiliatores ei⁹ ſpōte obtulerūt deo isr̄l ca
ius i ir̄l̄m tabnaculū ē. Et ōe argētū ⁊ auꝝ
qōcūqꝫ inuenerⁱ i uniuersa,puicia babylōis
⁊ ppls offerre uoluerit:⁊ de facerdotib⁹ q̄
ſpōte obtulerint domui dei sui q̄ ē i ir̄l̄m:li
bere accipe:⁊ studiose eme de hac pecunia
uitulos arietes agnos ⁊ sacrificia ⁊ libami
na eoꝝ:⁊ offer ea sup altare tēpli dei uīi qō
ē i ir̄l̄m. ¶Sed ⁊ ceta qb⁹ op⁹ fuerit i domū dei
tui:q̄tūcūqꝫ necesse ē ut expendas: dab⁹ de
thesauro ⁊ de fisco regis ⁊ a me. ¶Ego arta
xerxes rex statui atꝫ decreui ōib⁹ custodib⁹
arce publice q̄ sūt trās flumē:ut qōcūqꝫ pe
tierit a uob⁹ esdras sacerdos scriba legⁱ dei
celi absqꝫ mora detis:usq ad argēti talēta cē
tū ⁊ usqꝫ ad frumenti choros cētū ⁊ usq ad
uini bathos cētū ⁊ usqꝫ ad bathos olei cen
tū sal uo absqꝫ mēsura. ¶Oē qō ad rituꝫ dei
celi ptinet:tribuat diligēter i domo dei celi:
ne forte irascat ꝓtra regnū regⁱ ⁊ filioꝝ ei⁹.
¶Vob⁹ āꝫ notū facim⁹ de uniuersis sacerdoti
b⁹ ⁊ leuitis cātorib⁹ ⁊ ianitoꝛib⁹ nathineis
⁊ mīstris dom⁹ dei hui⁹ ut uectigal ⁊ tribu
tū ⁊ ānōas nō hēat⁹ pt̄ate iponēdi sup eos.
¶Tu āt esdra ſm sapiētiā dei tui q̄ ē i manu
tua:cōstitue iudices ⁊ p̄sides:ut iudicēt ōni
pplō:q̄ ē trās flumē:bis uidelz q̄ nouerunt
legē dei tui:sed ⁊ iperitos docete libere. Et
ōis q̄ nō fecerit legē dei tui ⁊ legē regⁱ diligē
t iudiciū erit de eo siue i mortē siue i exiliuꝫ
siue i cōdēnationē substātie ei⁹ ul̄ certe i car
cerē. ¶Et dixit esdras scriba:¶Bñdict⁹ dñs de
us p̄um nōꝝ:q̄ dedit hoc i cōde regis:ut
glificaret domū dñi q̄ ē i ir̄l̄m:⁊ i me iclina
uit miam suā corā rege ⁊ cōsiliatorib⁹ ei⁹ ⁊
uniuersis ꝓncipib⁹ regis potentib⁹. ¶Et ego
confortatus manu dñi dei mei q̄ erat in me
congregaui de isr̄l̄ principes qui ascenderūt
mecum.

¶.VIII.

¶Hi sunt ergo principes familiaꝝ et
genealogia eoꝝ qui ascēderūt mecū
in regno artaxerxis regⁱ de babylone. De fi
lijs finees:gerſon. De filijs ythamar:dāiel.
De filijs dauid:attus. De filijs sechenie⁊ ō
filijs pharos:zacharias:⁊ cum eo numera
ti sunt uiri centum quinquaginta. De filijs
phetmoab elioenai filⁱ zaree ⁊ cū eo ducēti
uiri. De filijs sechenie:filⁱ ezechiel ⁊ cuꝫ eo
trecēti uiri. De filijs addan nabeth filⁱ ioa
than:⁊ cū eo quiq̄gita uiri. De filijs belaꝫ
isaias filⁱ athalie:⁊ cuꝫ eo septuagita uiri.
De filijs saphatie zebedia filⁱ michahel: et
cū eo octogita uiri. De filijs ioab obedia fi
lⁱ iheihel:⁊ cum eo ducēti decē ⁊ octo uiri.
De filijs selomith filⁱ iosphie:⁊ cū eo cētū
sexagita uiri. De filijs bebai zacharias filⁱ
bebai:⁊ cū eo uigintiocto uiri. De filijs ezē
ab iohannan filⁱ ezethan:⁊ cū eo cētū decē
viri. De filijs adonicā qui erāt nouissimi ⁊
hec noia eoꝝ heliphelet ⁊ heihel ⁊ samaias
⁊ cū eis sexagita uiri. De filijs begui uthai
⁊ zachur:⁊ cum eis septuagita uiri. ¶Cōgre
gaui āt eos ad fluuiū:q̄ decurrit adhauua:
⁊ mansim⁹ ibi trib⁹ diēb⁹. ¶Quesiuiqꝫ i ppl̄o
⁊ i sacerdotib⁹ de filijs leui:⁊ nō inueni ibi.
¶Iraqꝫ misi heliezer ⁊ ariel ⁊ semeam ⁊ helna
than ⁊ arib ⁊ alterū helnathan ⁊ nathan ⁊
zachariā ⁊ mesolā principes:⁊ ioarib ⁊ hel
nathā sapiētes:⁊ misi eos ad heddo q̄ ē p̄i
m⁹ i casphie loco. ¶Et posui i oze eoꝝ ꝟba q̄
loq̄rent ad heddo ⁊ ad fres ei⁹ nathinneos
in loco casphie:ut adducerēt nob⁹ mīstros
domus dei nr̄i. ¶Et adduxerūt nob⁹ p manū
dei nr̄i bonā sup nos uiꝝ doctissimū de fili
is mooli filij leui filij isr̄l̄ ⁊ sarabiam ⁊ filios
ei⁹ ⁊ fres ei⁹ decē ⁊ octo ⁊ asabiam ⁊ cuꝫ eo
isaiam de filijs merari:fresqꝫ ei⁹ ⁊ filios ei⁹
uiginti ⁊ de nathinneis q̄s dederat dauid:
⁊ principes ad misteria leuitaꝝ:nathineos
ducentos uiginti. Oēs hi suis nōib⁹ uoca
bant. ¶Et predicaui ibi ieiunium iuxta fluui
uꝫ adhauua:ut affligerem⁹ nos coram dño deo
nostro: ⁊ peteremus ab eo uiam rectā nob⁹
⁊ filijs nostris uniuersisq̄ substantie nr̄e. ¶Er
rubui.n.petere regem auxiliū ⁊ eq̄tes:q̄ de
fenderent nos ab inimico i uia:quia dixera
mus regi:Man⁹ dei nr̄i ē sup ōes q̄ querūt
eū in bonitate ⁊ imperiū ei⁹ ⁊ fortitudo eius
⁊ furor sup ōes qui derelinquūt eū. ¶Ieiuna
uimus āt ⁊ rogauimus deum nr̄m ꝓ hoc:⁊
euenit nobis,pspere. ¶Et separaui de princi
pibus sacerdotū duodecim sarabiā ⁊ asabi
am:⁊ cū eis de filijs eoꝝ decez. ¶Appendi
q̄s eis argētum ⁊ aurum ⁊ uasa consecrata

dom' dei nr̄i q̄ obtulerat rex: ⁊ cōciliatores ei' ⁊ pncipes ei' uniuersus q̄ isr̄l: eor̄ q̄ iuenti fuerant. Et appendi i manib' eor̄ argēti talēta sexcēta q̄nq̄ginta ⁊ uasa argētea centū: auri vo cētū talēta ⁊ crateras aureas uigīti q̄ hēbant solidos millenos: ⁊ uasa eris fulgētis optimi duo pulchra ut aurum. Et dixi eis: Vos sc̄i dn̄i ⁊ uasa sc̄a ⁊ argentū ⁊ aur̄ q̄ spōte oblatū ē dn̄o deo p̄uz nr̄oz. Vigilate ⁊ custodite: dōec appēdatis coraz principib' sacerdotū ⁊ leuitar̄ ⁊ ducib' fāliar̄ isr̄l' in ir̄lm i thesaur̄ dom' dn̄i. Suscep erūt aūt sacerdotes ⁊ leuite pōdus argēti ⁊ auri ⁊ uasor̄: vt deferrēt ir̄lm i domū dei nr̄i. Promouim' g̃ a flumie hana duodecima die mensis pmi: ut pgerem' ir̄z. Et manus dei nr̄i fuit sup nos: ⁊ liberauit nos de manu inimici ⁊ isidiator' i via. Et venimus ir̄z: ⁊ mān'im' ibi tr̄ib' dieb'. Die aūt q̄rta appensū ē argētū ⁊ aur̄ ⁊ uasa i domo dei nr̄i p manū: emoth filij vrie sacerdotis: ⁊ cū eo eleaçar fili' finees cūq; eis ioçaded filius iosue ⁊ noadaia fili' bennoi leuite iuxta nūerū ⁊ pondus oīum. Descriptū ē oē pondus i tp̄e illo. Qz ⁊ q̄ venerāt ō captiuitate filij trāsmigratiōis obtulerūt holocaustomata deo isr̄l' uitulos duodeci p oī pplo isr̄l': arietes nōagīta sex: agnos septuagitaseptē: hircos p pcō duodeci oia i holocaustū dn̄o. Dederunt aūt edicta reg̃ satrapes: q̄ erant ō cōspectu regis ⁊ ducib' trās flumē: ⁊ eleuauerunt ppl'm ⁊ domū dei. ¶ .IX

Postq̄ aūt hec cōpleta sūt: accesser̄t ad me pncipes dicētes: Nō est separatus ppl's isr̄l' ⁊ sacerdotes ⁊ leuite a ppl'is trarū ⁊ de abominatiōib' eor̄: chananei vz ⁊ ethei ⁊ pherezei ⁊ iebuzei ⁊ ammonitar̄ ⁊ moabitar̄ ⁊ egyptior̄ ⁊ amorreor̄. Tulerunt .n. de filiab' eor̄ sibi ⁊ filijs suis: ⁊ cōmiscuerūt semē sc̄m cū ppl'is trar̄. Man' ēt pncipū ⁊ magīatuū fuit i trāsgressiōe hac pria. Cūq; audissem smonē istū: scidi palliū meum ⁊ tunicā: ⁊ euelli capillos capitis mei ⁊ barbe: ⁊ sedi merens. Cōuenerūt āt ad me oēs q̄ timebāt uerbum dei isr̄l': p transgressione eorum qui de captiuitate uenerant: et ego sedebam tristis usq; ad sacrificium uespertinum. Et in sacrificio uespertino surrexi de afflictione mea: ⁊ scisso pallio ⁊ tūica curuaui genua mea: ⁊ expandi man' meas ad dominum deum meu: ⁊ dixi: Deus meus cōfundor: ⁊ erubesco leuare facē meam ad te: qm̄ iniq̄tates nr̄e multiplicate sunt sup caput nr̄m: ⁊ delicta nr̄a creuerūt usq; ad celū a diebꝫ pūm nr̄oz. Sed ⁊ nos ipsi peccauimus grauiter usq; ad die hanc: ⁊ i iniq̄tatib' nr̄is traditi sum' ipi ⁊ reges nr̄i ⁊ sacerdotes nr̄i in manum regū terraz ⁊ i gladiū ⁊ in captiuitatē ⁊ in rapinā ⁊ i confusionē vult' sicut ⁊ die hac. Et nūc q̄si ad paz ⁊ momētū facta ē deprecatio nr̄a apud dn̄z deū nostrū: ut dimitterent nob' relīq̄e: ⁊ daret pax illi' in loco sc̄o ei': ⁊ illumiaret oculos nr̄os deus nr̄: ⁊ daret nob' uitā modicā i seruitute nr̄a: q̄ serui sum': ⁊ i seruitute nr̄a n̄ dēliq̄t nos deus nr̄: ⁊ icliauit sup nos misericordiā corā rege psaz: ut daret nob' uitā ⁊ sublimaret domū dei nr̄i: ⁊ extrueret solitudines ei': ⁊ daret nob' spem i iuda ⁊ ir̄z. Et nc̄ q̄d dicem' dn̄e de' nr̄i post hec: Quia dereliq̄m' mandata tua: q̄ pcepisti i manu seruorū tuor̄ pphetar̄ dicēs: Terra ad quā vos ingredimini ut possideatis eā: terra immūda ē iuxta immūditiam pplor̄ ceterarūq; trar̄ abominatiōib' eor̄ q̄ repleuerūt eā ab ore usq; ad os i coinq̄natōe sua. Nūc g̃ filias vras ne detis filijs eor̄: ⁊ filias eor̄ ne accipiatis filijs nr̄is: ⁊ nō q̄rat pacē eor̄ ⁊ pspiratem eor̄ usq; i ētnū: ut cōfortemini ⁊ cōedamini q̄ bona sūt tre: ⁊ hēdes hēatis filios nr̄os usq; i seculū. Et p' oīa q̄ uenerūt sup nos i opib' nr̄is pessimis ⁊ in delicto nr̄o magno: q: tu d' nr̄ liberasti nos ō iniq̄tate nr̄a: ⁊ dedisti nob' salutē: sicut ē hodie: ut nō ꝓteremur: ⁊ irrita facerem' mandata tua: neq; mīmonia iūgeremus cuz ppl'is abominationū istar̄. Nūq̄d irat' es nobis usq; ad cōsūmationē: ne dimittēs nob' relīq̄as ad salutē? Dne de' isr̄l' iust' es tu: qm̄ derelicti sum' q̄ saluaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus i delicto nr̄o. Non enim stari potest cor̄ te super hoc. ¶ .X.

Hec g̃ orāte esdra ⁊ iplorāte deū ⁊ flēte ⁊ iacente añ tēplū dei: collectus ē ad eum de isr̄l' cetus grādis nimis uiror̄ ⁊ mulierū ⁊ puerorū. Et flenit ppl'us multo fletu. Et rñdit sechenias fili' iehiel de filijs helaz ⁊ dixit esdre: Nos preuaricati sum' i deum nr̄m: ⁊ duxim' vxores alienigenas de ppl'is terre. Et nūc si ē pnia i isr̄l' sup hoc pcutiam' fedus cū dn̄o deo nr̄o: ut p̄ciamus uniuersas uxores: ⁊ eos q̄ de his nati sunt. Iuxta uolūtatē dn̄i ⁊ eor̄ qui tenēt pceptū dn̄i

dei nr̃i ſm legẽ fiat: Surge: tuũ ẽ diſcernere noſq; erim' tecũ. Cõfortare ⁊ fac. Surrexit g̃ eſdras: ⁊ adiurauit principes ſacerdotũ et leuitaꝝ ⁊ õem iſrl̃: ut facẽt ſm v̈bũ hoc. Et iurauerũt. Et ſurrexit eſdras añ domũ dei ⁊ abiit ad cubicl'm iohãnan filij eliaſib: ⁊ ingreſſus ẽ illuc. Panẽ nõ comedit ⁊ aquã ñ bibit. Lugebat. n. trãſgreſſionẽ eoꝝ q̃ uenerãt de captiuitate. Et miſſa ẽ uox in iuda ⁊ i irl'm õib' filijs trãſmigratiõis: ut cõgregarẽt in irl'm: ⁊ õis q̃ nõ uenerit i trib' diebus iuxta cõſiliũ principũ ⁊ ſenioꝝ: auferet uniuerſa ſubſtãtia ei': ⁊ ipſe abiciet ò cetu trãſmigratiõis. Cõuenerũt igr̃ ões uiri iuda et bẽiamin i irl'm trib' dieb': ipſe ẽ mẽſis non' uiceſima die mẽſis: ⁊ ſedit õis ppl's i platea dom' dei: tremẽtes p pcõ ⁊ pluuijs. Et ſurrexit eſdras ſacerdos: ⁊ dixit ad eos: Vos tranſgreſſi eſtis: ⁊ duxiſtis uxores alienigenas: ut adderet ſup delictũ iſrl̃. Et nũc date cõfeſſionẽ dño deo pr̃um ur̃oruꝫ: ⁊ facite placitũ ei' ⁊ ſepami a ppl'is tre ⁊ ab vxoribꝫ alenigenis. Et rñdit vniuerſa multitudo dixitq; uoce magna: Iuxta v̈bũ tuũ ad nos ſic fiat. Verũtamen q: pplus multus ẽ ⁊ tẽ p' pluuie: ⁊ ñ ſuſtinem' ſtare foris: ⁊ op' ñ ẽ diei vn'l' duoꝝ: uehemẽt peccauim' i ſmone iſto: ꝓſtituãt principes i vniuerſa mlt̃itudine: ⁊ ões i ciuitatib' noſtris q̃ duxerũt uxores alienigenas: ueniãt i tpib' ſtatutis: ⁊ cũ his ſeniores p ciuitatẽ i ciuitatem ⁊ iudices ei': donec auertat̃ ira dei nr̃i a nob' ſup pcõ hoc. Igr̃ ionathã fil' aſahel ⁊ iaaçaia fil' thecue ſteterũt ſup hoc: ⁊ meſollã ⁊ ſebechai leuites adiuuerũt eos. Fecerũtq; ſic filij trãſmigratõis. Et abierũt eſdras ſacerdos ⁊ uiri principes familiaꝝ i domos p̃ũz ſuoꝝ ⁊ ões p noia ſua: ⁊ ſederũt i die pmo mẽſis decimi: ut g̃rerẽt rẽ. Et cõſũmati ſũt ões uiri q̃ duxerũt uxores alienigẽas uſq; ad diẽ pmã mẽſis pmi. Et inuenti ſunt de filijs ſacerdotũ: q̃ duxerũt uxores aliẽigẽas: de filijs ioſue filij ioſedech ⁊ fr̃es ei' maaſia ⁊ eliezer ⁊ iarib ⁊ godolia. Et dederũt manꝰ ſuas: ut eĳcerẽt uxores ſuas: ⁊ pro delicto ſuo arietẽ de ouibus offerrent. Et de filijs emmer: annani ⁊ zebedia. Et de filijs ſeriz: maſia ⁊ helia ⁊ ſemeia iehiel ⁊ oẓias. Et de filijs phaſſur: elioẽai maaſia iſmahel nathanael ioẓabet ⁊ heleſa. Et ò filijs leuitaꝝ: ioſabeth ⁊ ſemei ⁊ celaia ipſe ẽ calithaphathaia iuda ⁊ eliezer. Et ò cãtoribus eliaſub ⁊ de ianitoriaus ſellum ⁊ thelem ⁊ vri. Et ex iſrl̃ de filijs pharos: remeia ⁊ eẓia ⁊ melchia ⁊ miamiz ⁊ elieẓer ⁊ melchiabanea. Et de filijs helam: mathania ẓacharias ⁊ iehiel ⁊ abdi ⁊ rimoth ⁊ helia. Et de filijs ẓethua: elioẽai eliaſib nathania ⁊ hierimuth ⁊ ẓabeth ⁊ aẓiza. Et de filijs bebai: iohãnan anania ẓabbai athalai. Et de filijs beni: moſolla ⁊ melluch ⁊ adaia iaſub ⁊ ſaal ⁊ ramoth. Et de filijs phetmoab: edna ⁊ calal banaias ⁊ maaſias mathãias beſelehel benui ⁊ manaſſe. Et de filijs erem: elieẓer ie ſue melchias ſemeias ſimeõ beniamin maloch ſamarias. Et de filijs aſom mathanai mathet aẓabeth elpheleth iermai manaſſes ſemei. De filijs bani: maaddi amram ⁊ uel baneas ⁊ badaias cheliau bannia. marimuth ⁊ eliaſib mathanias mathanai ⁊ iaſi ⁊ bani ⁊ benui ſemei ⁊ ſalmias ⁊ nathan ⁊ adaias mechne dabai ſyſai ſarai eẓel ⁊ ſelemau ⁊ ſemeria ſellum amaria ioſeph. De filijs nebui abihel mathathias ẓabeth ẓabina ieddu ⁊ iohel ⁊ banai. Omnes hi acceperant uxores alienigenas: ⁊ fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios.

¶ Explicit liber eſdre primus.
Incipit lib' Neemie. Capl'm. I.

Erba neemie

filij helchie. Et factũ eſt in menſe caſleu anno uiceſimo ⁊ ego eram in ſuſis caſtro. Et uenit ad me anani un' ò frãtribus meis ipſe ⁊ uiri iuda: ⁊ interrogaui eos de iudeis: q̃ remãſerant ⁊ ſupererant de captiuitate ⁊ de irl̃z. Et dixerũt mihi: Qui remãſerũt ⁊ derelicti ſunt de captiuitate ibi i puicia: i afflictõe magna ſunt ⁊ in opprobrio: ⁊ murus irl'm diſſipat' ẽ: ⁊ portæ ei' cõbuſte ſũt igni. Cũq; audiſſem verba huiuſcemodi: ſedi ⁊ fleui: ⁊ luxi diebus multis: ⁊ ieiunabam ⁊ orabaꝝ ante faciem dei celi: ⁊ dixi: Queſo domine deus celi fortis magne atq; terribilis: qui cuſtodis pactum ⁊ miſericordiam cum his qui te diligunt: ⁊ cuſtodiunt mandata tua: fiant aures tue auſcultantes ⁊ oculi tui apti ut audias oratiõnem ſerui tui: quaꝝ ego

ego oro coram te hodie nocte & die p filijs
isrl̃ fuis tuis: & cõfiteor p pcĩs filiorũ isrl̃:
q̃b⁹ peccauerũt tibi. Et ego & dom⁹ pr̃is mei
peccauimus uanitate seducti sum⁹: & nõ cu
stodiuim⁹ mãdatũ tuũ: & cerimonias & iudi
cia: q̃ pcepisti moysi fãulo tuo. Memẽto v̄
bi qõ mandasti moysi fuo tuo dicẽs: Cum
trãsgressi fueritis ego dispdã vos i ppl̃os: &
si reuertamini ad me: & custodiãt precepta
mea & faciatis ea: ẽt si abducti fuerit ad ex
trema celi: iñ congregabo vos: & reducã i locũ
quẽ elegi: ut bitaret nomẽ meũ ibi: et ipi p
ui tui & ppl̃s tu⁹ q̃s redemisti i fortitudine
tua magna & i manu tua ualida. Obsecro
dñe sit auris tua attendens ad oronem fui
tui & ad oronẽ fuorũ tuorũ: q̃ volũt timẽ no
mẽ tuũ: & dirige fuũ tuũ hodie: & da ei misi
cordiã añ uirũ hũc. Ego.n. erã pincerna re
gis. ¶ .I.

FActũ ẽ ãt i mẽse nisan anno viceſimo
artaxerxis regis: & uinũ erat añ eũ. Et
leuaui uinũ & dedi regi: & erã q̃si lãguid⁹ ãte
faciẽ ei⁹. Dixitq; mihi rex: Quare vult⁹ tu⁹
tristis ẽ: cũ te egrotũ non videã? Non ẽ hoc
frustra: sz malũ nescio qõ i corde tuo ẽ. Et
timui ualde ac nimis: & dixi regi: Rex i eter
nũ uiue. Quare nõ mereat mœst⁹ me⁹: qr ci
uitas dom⁹ sepulchrorũ pr̃is mei desta est:
& porte ei⁹ cõbuste sũt igni. Et ait mihi rex:
Pro q̃ re postulas? Et orauí deũ celi & dixi
ad regẽ: Si videt regi bonũ: & si placet fuis
tuis añ faciẽ tuã: ut mittas me i iudeã ad ci
uitatẽ sepulchri patris mei: & edificabo eã.
Dixitq; mihi rex: & regina q̃ sedebat iuxta
eũ: Vsq; ad qõ tps erit iter tuũ: & qñ reuer
teris? Et placuit ante vl̃tũ regis: & misit me.
Et cõstitui ei tps: & dixi regi: Si regi videt
bonũ: epl̃as det mihi ad duces regiõis trãs
flumẽ: ut traducãt me dõec ueniã i iudeaz:
& epl̃am ad asaph custodẽ salt⁹ regis: ut det
mihi ligna: ut tegẽ possiz põtas turri dom⁹
& muri ciuitati & domũ quã ingressus fue
ro. Et dedit mihi rex iuxta manũ dei mei
bonaz mecum. Et uẽi ad duces regiõis trãs
flumen: dediq; eis epl̃as regis. Miserat ãt
rex mecũ principes militũ & eqtes: Et audi
erunt sanaballath oronites & tobias seruus
amanites: & cõtristati sũt afflictiõe magna:
q̃ uenisset hõ: q̃ quereret prosperitatem fi
liorũ isrl̃. Et ueni irl̃m: & erã ibi trib⁹ dieb⁹.
Et surrexi nocte ego & uiri pauci mecũ: & nõ
indicaui cuiq̃ q̃d dñs dedisset in corde meo
ut facerẽ i irl̃m: & iumẽtũ nõ erat mecũ: nisi
aial cui sedebã. Et egressus sũ p portã uall⁹
nocte: & añ fontẽ draconis & ad portã sterco
ri: & cõsiderabã murũ irl̃m dissipatũ & por
tas ei⁹ psũptas igni. Et trãsiui ad portam
fontis & ad aq̃ ductũ regi: & nõ erat locus iu
mẽto cui sedebã: ut trãsiret. Et ascẽdi p tor
rẽtẽ nocte: & considerabã murũ: & reuersus
ueni ad portã vallis & redij. Magistatus ãt
nesciebãt q̃ abijsse: aut q̃d ego facerẽ. Sed
& iudeis & sacerdotib⁹ & optiatib⁹ & magis
tib⁹ & reliq̃s q̃ faciebant op⁹: usq; ad id loci
nihil indicauerã. Et dixi eis: Vos nosti afflic
tionẽ i q̃ sum⁹: qr irl̃m desta ẽ: & porte ei⁹ cõ
sũpte sũt igni: Venite & edificemus muros
irl̃m: & nõ sim⁹ ultra opprobriũ. Et indicaui
eis manũ dei mei: q̃ ẽt bona mecũ: & verba
regis q̃ locut⁹ ẽ mihi: & aio: Surgam⁹: & ædi
ficem⁹. Et cõfortate sunt man⁹ eorũ i bono.
Audierũt ãt sanaballath oronites & tobias
seruus amanites & gosem arabs: & subsan
nauerũt nos: & despexerũt dixerũtq;: Que
ẽ hec res quã facit⁹? Nũq̃d cõtra regez vos
rebellatis? Et reddidi eis sermonẽ dixiq; ad
eos: Deus celi ipse nos iuuat: & nos fui⁹ ser
m⁹. Surgam⁹: & edificem⁹. Vos aũt nõ est
ps & iustitia & memoria i irl̃m. ¶ .III.

ET surrexit eliasib sacerdos magnus
& fratres ei⁹ sacerdotes: & edificauerũt
portã gregis. Ipsi sãctificauerũt eã: & statue
rũt ualuas ei⁹: & usq; ad turrẽ cẽtũ cubitorũ
sãctificauerũt eã usz ad turrẽ ananehel. Et iu
xta eũ edificauerũt uiri hiericho: & iuxta e⁹
os edificauit zachur filius amri. Portã aut⁹
pisciũ edificauerũt filij asnaa: ipsi texerunt
eã: & statuerũt ualuas ei⁹ & seras & uectes.
Et iuxta eos edificauit marimuth filius vrie
filij accus. Et iuxta eũ edificauit mosollã fi
lius barachie filij mesezebel. Et iuxta eu⁹ e⁹
dificauit sadoch filius baana. Et iuxta eũ e⁹
dificauerũt thecueni. Optimates ãt eorũ nõ
supposuerũt colla sua in ope dñi dei sui. Et
portã ueterẽ edificauerũt ioiada filius pha
sea & mosollã filius besodia ipsi texerũt eã: et
statuerunt ualuas eius & seras & uectes. Et
iuxta eos edificauerũt melchias gabaonites
& iadon meronathites viri de gabaon:
& maspha pro duce q̃ erat in regione trans
flumen. Et iuxta eũ edificauit ezechiel filius ara
ia aurifex. Et iuxta eu⁹ edificauit ananias

Statera dolosa abominatio est apud deuz: ⁊ põdus equũ uolũtas ei'. Vbi fuerit superbia ibi erit ⁊ contumelia: ubi ãt est humilitas ibi ⁊ sapia. Simplicitas iustorũ dirigit eos: ⁊ supplantatio peruersorum uastabit illos. Nõ ꝓderũt diuitie i die ultionis: iustitia aũt liberabit a morte. Justitia simplicis dirigit uiã ei': ⁊ i ipietate sua corruet ipius. Justitia rectoꝝ liberabit eos: ⁊ i insidijs suis capientur iniq̃. Mortuo hoie impio nulla erit ultra spes: ⁊ expectatio solicitorũ pibit. Justus de angustia liberatus est: ⁊ tradetur impius ꝓ eo. Subilator ore decipit amicũ suũ: iusti aũt liberabuntur scia. In bonis iustoꝝ exaltabit ciuitas: ⁊ i pditione ipiorũ erit laudatio. Bñdictiõe iustorũ exaltabitur ciuitas: ⁊ ore ipioꝝ subuertetur. Qui despicit amicũ suũ indigẽs cõde ẽ: uir ãt prudẽs tacebit. Qui ãbulat fraudulent reuelat arcana: qui ãt fidelis est celat amici cõmissũ. Ubi nõ ẽ gubnator: ppls corruet: salus ãt ubi mlta ꝓsilia. Affliget malo q̃ fidẽ facit ꝓ extraneo: q̃ ãt cauet laqos: secur' erit. Mulier gratiosa iueniet gl'iam: ⁊ robusti habebunt diuitias. Benefacit aie sue uir misericos: q̃ ãt crudel' ẽ: etiã ꝓpinqs abijcit. Impius facit op' instabile: seminanti aũt iusti merces fidel'. Clementia preparat uitã: ⁊ sectatio malorũ mortẽ. Abominabile dño cor prauũ: ⁊ voluntas ei' i bis q̃ simplr ambulant. Manus i manu ñ erit innocens malus: semẽ ãt iustoꝝ saluabitur. Circulus aurẽ i narib' suis mulier pulchra ⁊ fatua. Desideriũ iustorũ õe bonũ est: prestolatio ipiorũ furor. Alij diuidũt ꝓpa: ⁊ ditiores fiunt: alij rapiũt nõ sua: ⁊ sẽp i egestate sunt. Alia que bñdicit ipiguabit: ⁊ q̃ iebriat ipse q̃z inebriabitur. Qui abscondit frumẽta: maledicetur i populis: bñdictio ãt sup caput uẽdẽtium. Bñ ꝓsurgit diluculo q̃ querit bona: q̃ ãt inuestigator malorũ ẽ: opprimetur ab eis. Qui confidit i diuitijs suis corruet: iusti ãt q̃si uirẽs foliũ germinabũt. Qui cõturbat domũ suã possidebit uentos: ⁊ q̃ stult' ẽ seruiet sapiẽti. Fruct' iusti lignũ uite: ⁊ q̃ suscipit aias sapiẽs ẽ. Si iustus in terra recipit: quanto magis impius ⁊ pccor?

.XII.

Qui diligit disciplinam diligit sciam: q̃ ãt odit increpatiões isipiẽs ẽ. Qui bonus est: hauriet sibi gr̃am a dño: q̃ ãt confidit in cogitationibus suis: ipie agit. Nõ ꝛo borabitur hõ ex impietate: ⁊ radix iustoꝝ nõ cõmouebit. Mulier diligẽs corona ẽ uiro suo: ⁊ putredo i ossib' eius q̃ confusione res dignas gerit. Cogitatiões iustorũ iudicia: ⁊ consilia ipiorũ fraudulẽta. Verba impiorũ insidiant sanguini: os iustoꝝ liberabit eos. Verte impios ⁊ nõ erunt: domus autẽ

iustorū pmanebit. Doctrina sua noscit uir: q̄ āt van⁹ ⁊ excors ē patebit cōtēptui. Meli or ē paup ⁊ sufficiēs sibi: q̄ gl'iosus ⁊ idigēs pane. Nouit iustus iumētorū suoꝝ aias: ui scera āt ipiorū crudelia. Qui operatur fraꝫ suaꝫ: satiabit panib⁹: q̄ āt sectat ociū: stultis simus est. Qui suauis ē uiuit in moderatio nibus: in suis mōitionib⁹ relinqt ptumeliā. Desiderium ipi monimētū ē pessimorū: ra dix āt iustorū pficiet. Propt̄ pcca labioruꝫ ruina pximat malo: effugiet āt iust⁹ de āgu stia. De fructu oris sui unusq̄sq; replebit bo nis: ⁊ iuxta opera manuū suaꝝ retribuetur ei. Uia stulti recta ī ocul' ei⁹: qui āt sapiens ē audit consilia. Fatu⁹ statī indicat irā suam: q̄ āt dissimulat iniuriaꝫ callidus ē. Qui qō nouit loq̄tur iudex iustitie ē: q̄ aūt mentitur testis ē fraudulētus. Est q̄ pmittit ⁊ q̄si gla dio pungit cōscie: lingua aūt sapiētium sani tas. Labiū vitat fumū erit ī ppetuū: qui āt testis est repentinus pcinnat linguā menda cij. Dolus in cōde cogitātiū mala: q̄ āt pac ineunt cōsilia: seqūtur eos gaudiū. Non con tristabit iustū q̄quid ei acciderit: ipi aūt re plebunt malo. Abominatio ē dño labia men dacia: qui āt fidelit agūt: placēt ei. Homo v̄ sutus celat sciaꝫ: ⁊ cor īsipiētiū puocat stul titiaꝫ. Manus fortiū dñabit: q̄ aūt remissa ē tributis seruiet. Meror ī corde uiri humi liabit illū: ⁊ ſmone bono letificabitur. Qui negligit dānū ppt̄ amicū iust⁹ est: iter autem impiorū decipiet eos. Nō inueniet fraudulēt⁹ lucrū: ⁊ sb̄a hōis erit auri pciū. In semita iustitie uita: iter aūt deuiū ducit ad mortez.

.XIII.

Filius sapiens doctrina pīs: qui aūt il lusor ē non audit cū arguitur. De fruc tu oris sui homo satiabitur bonis: aia autē impiorum iniqua. Qui custodit os suum: custodit aiam suam: qui āt icōsiderat⁹ ē ad loquendū sentiet mala. Vult ⁊ non vult pi ger: aia aūt opantiū impiguabitur. Uerbū mendax iustus detestabitur: impius autem confundit ⁊ confundetur. Justitia custodit inno centis viā: impietas āt pcōrū supplātat. Est q̄si diues cū nihil' hēat: ⁊ ē q̄si paup⁹ cū i mul tis diuitijs sit. Redēptio aie uiri diuitie sue: qui āt pauper ē increpationem nō sustinet. Lux iustorū letificat: lucerna aūt impioruꝫ extinguet. Inter superbos sēp iurgia sunt: q̄ autem agunt oia cū cōsilio: reguntur sapiē tia. Sb̄a festinata minuetur: que āt paulati colligitur mānu: multiplicabitur. Spes que differtur affligit aiam: lignū vite desideriuꝫ veniēs. Qui detrahit alicui rei: ipse se in fu turū obligat: q̄ āt tiet pceptū in pace v̄sabit. Alie dolose errāt ī pcīs: iusti aūt misericor des sūt ⁊ miserāt. Lex sapiētis fons vite: ut declinet a ruina morti. Doctrina bōa dabit gratiā: i itinere cōtēptorū vorago. Astutus oia agit cū cōsilio: q̄ aūt fatuus ē apit stulti tiaꝫ. Nunci⁹ ipi cadet in malū: legatus fide lis sanitas. Egestas ⁊ ignominia ei q̄ ōserit disciplinā: qui aūt acq̄escit arguenti glorifi cabitur. Desideriū si cōpleat: delectat aiam: detestant̄ stulti eos q̄ fugiunt mala. Qui cū sapientib⁹ gradit sapiēs erit: amic⁹ stultorū similis efficietur. Pcōres psequit malū: ⁊ iustis retribuētur bōa. Bon⁹ relinqt hēdes filios ⁊ nepotes: ⁊ custoditur iusto sb̄a pec catoris. Multi cibi in noualibus patruꝫ: et alijs cōgregāt absq̄ iudicio. Qui parcit vge odit filiū suū: qui aūt diligit illū istāter eru dit. Just⁹ comedit ⁊ replet aiam suam: uent aūt impiorū insaturabilis.

.XIIII.

Sapiens mulier edificat domū suam: insipiens extructā q̄z manibus destru et. Ambulans recto itinere ⁊ timēs deū: de spicitur ab eo qui infami graditur uia. In o re stulti virga superbie: labia sapiētū custo diūt eos. Ubi nō sūt boues: pspe vacuū ē: vbi āt apparent plume segetes ibi manifesta ē fortitudo bouis. Testis fidel' nō mētietur: pfert āt mendaciū dolosus testis. Querit ō risor sapiam ⁊ nō inuenit: doctrina prudētiū facilis. Uade ptra virū stultū: ⁊ nescit labia prudentie. Sapia callidi ē intelligē viā suā: ⁊ prudētia stultorū errās. Stultus illudet pcm: ⁊ ī iustos morabitur gia. Cor qō no uit amaritudinem aie sue: ī gaudio ei⁹ non miscebit extran⁹. Dom⁹ impioꝝ ōlebitur: tabernacla iustorū germiabūt. Est uia q̄ vi detur hōi iusta: nouissima aūt ei⁹ deducunt ad mortem. Risus dolore miscebitur: ⁊ ex trema gaudij luct⁹ occupat. Uijs suis reple bitur stult⁹: ⁊ sup eū erit vir bon⁹. Innocēs credit oi vbo: astutus psiderat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni: seruo aūt sapiē ti pspere erunt actus: ⁊ diriget uia ei⁹. Sapi ens timet ⁊ declinat a malo: stult⁹ trāsilit ⁊ confidit. Impatiēs opabitur stultitiā: ⁊ uir v̄ sut⁹ odiosus ē. Possidebūt paruuli stultitiā: ⁊ expectabūt astuti sciaꝫ. Jacebūt mali

ante bonos:et ipij añ portas iustorũ. Etiaz proximo suo pauper odiosus ẽ:amici vero diuitũ ml'ti. Qui despiĉ ꝓximũ suũ peccat: qui ãt miſetur pauꝑi beat' erit. Qui credit i dño miaz diligit:errãt ꝙ opant malũ. Mi sericordia et ueritas ꝓparãt bona. In õni o pe bono erit abũdãtia:vbi aũt v̈ba sunt plꝰ ma:ibi frequent egestas. Corona sapiẽtum diuitie eorũ:fatuitas stultorũ iprudẽtia. Li berat aias testis fidelis:et ꝓfert mendacia v̈ sipellis. In timore dñi fiducia fortitudinis: z filijs ei' erit spes. Timor domini fons uite:ut declinet a ruina mortis. In multitudi ne ppli dignitas regis:z i paupertate plebꝭ i gnominia principis. Qui patiẽs ẽ:ml'ta gu bernatur sapia:ꝙ ãt ipatiẽs est:exaltat stulti tiam suã. Vita carniũ sanitas cordis:putre do ossiũ inuidia. Qui calũniat egẽtem expro brat factori ei' :honorat ãt euz ꝙ miſeť pau peris. In malitia sua repelleť impi' : sperat aũt iust' i morte sua. In corde prudẽtis req escit sapia:z idoctos quoqz erudiet. Justitia eleuat gentẽ:miseros ãt facit pplos pccm. Accept' ẽ regi minister itelligẽs: iracũdiam eius inutilis sustinebit.

.XV.

Respõsio mollis frãgit irã:fmo durus suscitat furore. Lingua sapiẽtuz ornat sciam:os fatuorũ ebullit stultitiã. In õni lo co oculi dñi contẽplantur bonos z malos. Lingua placabitur lignũ uite:ꝙ ãt immode rata ẽ cõteret spm. Stultus irridet disciplinã ꝑris sui:ꝙ aũt custodit icrepationes astu tior fiet. In habũdãti iustitia uirtus maxia est:cogitationes autem impiorũ eradicabũ tur. Dom' iusti plꝰima fortitudo:z i fructib' impij cõturbatio. Labia sapiẽtum dissemi nabunt sciam:cor stultorũ dissile erit. Victime ipioꝝ abominabiles dño:vota iusto:uz placabilia. Abominatio ẽ dño uia impij:qui sequitur iustitiã diligit ab eo. Doctrina ma la'deserẽtiũ viã vite:ꝙ icrepatiões odit mori etur. Infern' z pditio corã dño:q̃to magis corda filiorũ hoium: ſlõ amat pestilens e ũ ꝙ se corripit:nec ad sapiẽtes graditur. Cõ gaudẽs exhilarat faciẽ:i merore animi deiꝑ citur spꝰ. Cor sapiẽtis queret doctrinã:z os stultoruz pascitur ipitia. Dẽs dies paupis mali:secura mẽs q̃si iuge cõuiuiũ. Melius ẽ paz cũ timoꝛ dñi:q̃ thesauri magni z ins tiabiles. Meli' ẽ vocari ad olera cũ carita te:q̃ ad uitulũ saginatũ cũ odio. Viꝛ iracũ dus puocat rixas:ꝙ patiẽs ẽ:mitigat suscita ras. Iter pigrorũ q̃si sepes spinaꝝ:uia iusto rum absq̃ offendiculo. Filꝰ sapiẽs letificat pẽm:et stult' hõ despicat mẽm suam. Stul titia gaudium stulto: et vir prudẽs dirigit gressus suos. Dissipant cogitationes ubi nõ ẽ cõsiliũ:ubi vo sũt ples cõsiliarũ:confirmã tur. Letatur hõ in sñia oꝛ sui:z fmo oppoꝛ tun' ẽ optim'. Semita uite sup eruditũ: ut declinet de inferno nouissimo. Domuz sup borũ demoliet dñs:z firmos faciet ẽminos uidue. Abominatio dñi cogitatiões male:et purus fmo pulcheꝛrim' firmabit ab eo. Cõ turbat domũ suã qui sectat auaritiã:ꝙ aũt odit munera uiuet. Per miaz z fidẽ purgã tur pcca:ꝑ timorẽ ãt dñi declinat õis a ma lo. Mens iusti meditabitur obedientiaz:os impiorũ redundat malis. Longe ẽ dñs ab i pijs:z oꝛones iustorũ exaudiet. Lux ocloꝝ letificat aiaz:fama bona ipiguat ossa. Auris q̃ audit increpatiões uite:in medio sapiẽtuz cõmoꝛabitur. Qui abijcit disciplinã:despiĉ aiam suã:ꝙ ãt acqescit icrepationib' :possesſ sor est cõdis. Timoꝛ dñi disciplina sapiẽtie: z gloriam precedit humilitas.

.XVI.

Hominis ẽ aiam ꝓparare:z dñi gubeꝛ nare linguã. Oẽs uie hoium patẽt oꝛ culis eius:spirituum ponderator ẽ dñs. Re uela dño opa tua:z dirigẽt cogitatiões tue. Vniuersa ꝓpt semetipsũ operatus ẽ dñs:ipiũ q̃z ad diẽ malũ. Abominatio dñi ẽ õis arro gans:etiam si man' ad manũ fuerit non est ĩnocens. Initiũ uie bone facẽ iustitiã:accep ta est apud deum magis q̃ immolare hosti as. Mia z ueritate redimitur iniq̃tas. z in timore dñi õcliaꝛ a malo. Cũ placuerit dño uie hois :inimicos q̃z eius ꝙuertet ad pacẽ. Melius ẽ parũ cum iustitia:q̃ multi fruct' cum iniq̃tate. Cor hõis disponit uiã suam: sz dñi ẽ dirigere gressus ei'. Diuinatio i labi is regis:i iudicio nõ errabit os ei'. Ponduz z statera iudicia dñi sũt:z opera ei' ões lapi des seculi. Abominabiles regi ꝙ agũt ipie: qñ iustitia firmatur solium. Voluntas regũ labia iusta:ꝙ recta loq̃tur diriget. Indignatio regis nũcij mortis:z vir sapiẽs placabit eũ. In hilaritate uultus regis uita:z clemen tia ei' q̃si imber serotinus. Posside sapiẽtiaz: qz auro melior ẽ:z acquire prudẽtiam: qz precioſior ẽ argẽto. Semita iustorũ õcli nat mala:custos aie sue seruat uiaz suam.

205

Contritionē ꝓcedit ſupbia: ⁊ añ ruinā exaltabit ſp̄s. Meli⁹ ē hūiliari cū mitib⁹: q̄ diui dē ſpolia cū ſuꝑb̄. Erudit⁹ i vbo reperiet bōa: ⁊ q̄ ſpat i dño bt̄s ē. Qui ſapiēs ē corde appellabit prudēs: ⁊ q̄ dulcis eloq̄o maiora ꝛc piet. Fōs uite eruditio poſſidēt doctrīa ſtultoꝝ fatuitas. Cor ſapiētis erudiet os ei⁹: ⁊ labijs ei⁹ addet gr̄iam. Fau⁹ mell' cōpoſita v̄ba: dulcedo aie ſanitas oſſiū. Eſt uia q̄ uidet hōi recta: ⁊ nouiſſima ei⁹ ducūt ad mōtē. Alia laborant̄ laborat ſibi: qz cōpulit eū os ſuū. Vir inſipiēs fodit malū: ⁊ i labijs eius ignis ardeſcit. Hō peruerſus ſuſcitat lites: ⁊ v̄boſus ſepat principes. Vir iniqu⁹ lactat amicū ſuū: ⁊ ducit eū p uiā nō bonā. Qui attōitis oculis cogitat praua: mordēs labia ſua pficiet malū. Corona dignitatis ſenectus: q̄ i vijs iuſtitie reperiet. Melior ē patiēs uiro forti: ⁊ q̄ dñatur aio ſuo expugnatoꝛ urbiū. Sortes mittūt i ſinū: ſz a dño tēp̄at.

.XVII.

Melior eſt buccella ſicca cuꝫ gaudio: q̄ domus plena victimis cū iurgio. Ser⁹ ſapiēs dñabit ſtulti filijs: ⁊ inter frēs hēditatē diuidet. Sicut igne p̄batur argētū et aurꝫ camino: ita cōda p̄bat dñs. Mal⁹ obedit ligue iniq̄: ⁊ fallax obtēpat labijs mēdacibus. Qui deſpicit pauperē exprobrat factori eius: ⁊ qui in ruina letatur alteri⁹: nō erit ip̄unitus. Corona ſenū filij filiorū: ⁊ gloria filiorū p̄es eorū. Nō decent ſtultū v̄ba cōpoſita: nec principē labiū mentiēs. Gemma gratiſſima expectatio preſtolātis: q̄cūq; ſe vtit prudēt itelligit. Qui celat delictū querit amicitias: q̄ altero ſmone ꝛepetit ſepat federatos. Plus pficit correctio apud prudētem: q̄ cētū plage apud ſtultū. Semper iurgia querit malus: angelus āt crudel⁹ mittet ꝓtra eū. Expedit magis urſe occurrē raptis fetib⁹: q̄ fatuo cōfidēti ſibi in ſtultitia ſua. Qui reddit mala p bonis: non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam caput ē iurgiorū: ⁊ añq; patiat ꝓtumeliā iudicū deſerit. Et q̄ iuſtificat impiū: ⁊ q̄ cōdēnat iuſtū: abominabil' ē vtq; apud deū. Quid p̄deſt ſtulto habere diuitias: cum ſapientiā emere ñ poſſit? Qui altam facit domū ſuaꝫ q̄rit ruinā: ⁊ q̄ euitat diſcere icidet i maluꝫ. Omni tp̄e diligit q̄ amic⁹ ē: ⁊ frat' i anguſtijs cōprobatur. Stult⁹ hō plaudet manib⁹ ſuis: cū ſpopōderit p amico ſuo. Qui meditat' diſcordias diligit rixas: ⁊ qui exaltat oſtium ſuum querit ruinā. Qui puerſi cordis ē nō iuenit bonū: ⁊ q̄ vtit lingua icidet i malum. Mat⁹ ē ſtult⁹ i ignominia ſuā: ſz nec pater in fatuo letabitur. Animꝰ gaudēs etatez floridā facit: ſp̄us triſtis exiccat oſſa. Munera ō ſinu impius accipit: ut pervtat ſemitas iudicij. In facie prudentis lucet ſapia: oc'li ſtultorū i finib⁹ tre. Ira p̄ijs fili⁹ ſtult⁹: ⁊ dolor mītis q̄ genuit cū. Nō ē bonū dānū iferre iuſto: nec pcutē principē q̄ recta iudicat. Qui moderatur ſmōes ſuos doct⁹ ⁊ prudēs eſt: ⁊ p̄cioſi ſp̄s uir erudit⁹. Stultus q̄z ſi tacuerit ſapiēs reputabitur: ⁊ ſi cōpreſſerit labia ſua intelligens.

.XVIII.

Occaſiōes querit q̄ vult recedere ab amico: ōi tp̄e erit exprobrabil'. Nō recipit ſtultus v̄ba prudētie: niſi ea dixeris q̄ v̄ſantur i corde ei⁹. Impius cū i ꝓfundum uenerit pccoꝝ ꝓtēnit: ſz ſeqtur euꝫ ignominia ⁊ opprobriū. Eliqua p̄fūda ex ore uiri: ⁊ torrēs redūdās fons ſapie. Accipe p̄ſonā impij i iudicio nō ē bonū: ut declines a vitate iudicij. Labia ſtulti miſcēt ſe rixis: ⁊ os ei⁹ iurgia ꝓuocat. Os ſtulti p̄tio ei⁹: ⁊ labia ipſi⁹ ruina aie eius. Verba bilinguis q̄ſi ſimplicia: ⁊ ipſa pueniunt uſq; ad intiora uentris. Pigrū deiecit timor: aie āt effeminatoꝝ eſurient. Qui mollis ⁊ diſſolut⁹ ē i opere ſuo: frat' ē ſua opa diſſipantis. Turr̄ fortiſſima nomē dñi: ad ipſā currit iuſtus ⁊ exaltabit. Subſtātia diuitis vrbs robor⁹ ei⁹: ⁊ q̄ſi mur⁹ ualidus circūdās eū. Añq; conteret exaltatur cor hōis: ⁊ añq; glorificetur hūiliat. Qui pri⁹ rñdet q̄ audiat: ſtultū ſe ee demōſtrat ⁊ cōfuſione dignū. Sp̄us uiri ſuſtētat imbecillitatē ſuā: ſp̄m vo ad iraſcēdū facilē quis poterit ſuſtinere? Cō prudētis poſſidebit ſciam: ⁊ auris ſapiētiū q̄rit doctrinam. Donū hōis dilatat uia eius: ⁊ añ principes ſpatiū ei facit. Juſt⁹ prior ē accuſator ſui: venit amicus ei⁹ ⁊ inueſtigabit eū. Cōtradictiones cōprimit ſors: ⁊ iter potentes q̄z diuidicat. Frater qui adiuuatur a fre q̄ſi ciuitas firma: ⁊ iudicia q̄ſi uectes urbiū. De fructu oris uiri replebitur vēt⁹ ei⁹: ⁊ genimina labiorū ipſius ſaturabūt eū. Mors ⁊ uita i mānib⁹ lingue: q̄ diligūt ea comedent fruct⁹ eius. Qui inuenit mulierē bonā: iuenit bonuꝫ ⁊ hauriet iocūditatē a dño. Qui expellit mulierem bonam expellit bonū: q̄ aūt tenet adulterā ſtultus ē ⁊ iſipiens. Cū obſecratōib⁹

loquitur pauper: ⁊ diues effabitur rigide.
Vir amicabilis ad societatem: magis amic⁹
erit q̄ frater. ¶ .XIX.
Melior ē pauper q̄ ambulat i simplici-
tate sua: q̄ diues torquens labia sua
⁊ insipiens. Vbi ñ ē scia aie non ē bonū: ⁊ q̄
festin⁹ ē pedib⁹ offēdet. Stultitia hōis sup-
plātat gressus eius: ⁊ ꝓtra deum feruet aio
suo. Diuitie addunt amicos plīmos: a pau
pe ät ⁊ hi quos hūit sepätur. Testis falsus
nō erit impunit⁹: ⁊ q̄ mendacia loq̄t ñ effu-
giet. Multi colūt psonā potentis: ⁊ amici sū
dona tribuentis. Fres hōis pauperis odēt
eum: insup ⁊ amici ꝑcul recesserunt ab eo.
Qui tm̄ verba sectat nihil habebit: q̄ autez
possessor ē mentis diligit aiam suā: ⁊ custos
prudentie inueniet bona. Falsus testis non
erit impunit⁹: ⁊ q̄ loq̄t mendacia pibit. Nō
decent stultū diuitie: nec seruū dñari ꝓncipi
bus. Doctrina uiri p patiētiam nosci: ⁊ gl̄a
ei⁹ ē iniq̄ pretēgredi. Sicut fremitus leonis:
ita ⁊ regis ira: ⁊ sicut ros sup herbā ita ⁊ hi
laritas ei⁹. Dolor pīs fili⁹ stult⁹: ⁊ tecta iugi
ter perstillantia litigiosa mulier. Domus ⁊
diuitie dant̄ a parentib⁹: a dño ät ꝓpe vxor
prudēs. Pigredo imittit soporē: ⁊ aia disso
luta esuriet. Qui custodit mādatū custodit
aiam suā: q̄ aūt negligit uiā suā: mōtificabi
tur. Feneratur dño q̄ miſetur paupis: ⁊ ui-
cissitudinē suā reddet ei. Erudi filiū tuū ne
desperes: ad interfectionē ät ei⁹ ne ponas aiaz
tuam. Qui.n. ipatiēs ē: sustinebit dānuz: et
cū rapuerit: aliud apponet. Audi cōsiliū et
suscipe disciplinā: ut sis sapiēs i nouissimis
tuis. Multe cogitatiōes i corde uiri: volun
tas aūt dñi i eternū pmānebit. Homo idigens
miſericors ē: ⁊ meliō ē pauper iustus: q̄ vir
mēdax. Timor dñi ad uitā: ⁊ i plenitudine
cōmorabit absq̄ uisitatiōe pessimi. Absco-
dit piger manū suā sub ascella: nec ad os su-
ū applicat eā. Pestilēte flagellato stult⁹ sapi
ētior erit: si ät corripuer⁹ sapientē intelliget
sapiam. Qui affligit pīem ⁊ fugit matrem:
ignominiosus erit ⁊ infelix. Nō cesses audire
fili doctrinā: nec ignores fīmōes scie. Testis
iniquus deridet iudicium: ⁊ os ipiorum de-
uorat iniquitatem. Parata sūt derisoribus
iudicia: ⁊ mallei pcutientes stultorū corpo-
ribus. ¶ .XX.
Luxuriosa res uinum: ⁊ tumultuosa
ebrietas. Quicūq̄ his delectatur: nō
erit sapiens. Sicut rugitus leonis ita ⁊ ter-
ror regis: q̄ puocat eū peccat in aiam suaz.
Honor ē hōi q̄ sepat se a ꝓtentionibus: ōes
aūt stulti miscentur ꝓtumelijs. Propter fri
gus piger arare noluit: mēdicabit ergo este
⁊ nō dabitur illi. Sicut aq̄ pfunda sic cō-
siliū i corde uiri: sz hō sapiens exhauriet il-
lud. Multi hoies misericordes vocātur: uiz
aūt fidelē q̄s inuēiet: Iust⁹ q̄ ābulat i simpli-
citate sua: beatos p⁹ se filios relinq̄t. Rex q̄
sedet in solio iudicij: dissipat oē malū intuitu
suo. Quis pōt dicē mūdū ē cor meū: purus
sū a pcō: Pondus ⁊ pondus mensura ⁊ ūn
sura: utrunq̄ abominabile ē apud deum. Ex
studijs suis intelligitur puer: si mūda ⁊ rec-
ta sint opera ei⁹. Aurē audiētē ⁊ oculū uidē
tem: dñs fecit utrūq̄. Noli diligē somnum:
ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos
⁊ saturare panib⁹. Malū ē malū ē dicit oēs
ēptor: ⁊ cū recesserit tūc gl̄iabit. Est aurū ⁊
multitudo gēmaz: uas ät ꝓciosū labia scie.
Tolle uestimētū ei⁹ q̄ fideiussor extitit alie-
ni: ⁊ p extraneis auser pign⁹ ab eo. Suauis
ē hōi panis mēdacij: ⁊ postea implebitur os e
ius calculo. Cogitatiōes ꝑsiliis robozātur:
⁊ gubernaculis tractanda sunt bella. Ei q̄
reuelat mysteria: ⁊ ābulat fraudulēter: ⁊ di
latat labia sua: ne cōmiscearis. Qui maledi
cit pī suo ⁊ mā: extinguet lumē ei⁹ i medijs
tenebrī. Hereditas ad quā festinatur i prici
pio: i nouissimo bñdictiōe carebit. Ne dicas
reddā malū ꝑ malo: expecta dñm ⁊ libera-
bit te. Abominatio ē apud deū pōd⁹ ⁊ pōd⁹:
statera dolosa nō est bona. A dño diriguntur
gressus uiri: quis aūt hoium itelligere pōt
uiā suā: Ruina ē hōi deuotare scōs: ⁊ p⁹ vo
ta retractare. Dissipat ipios rex sapiēs: ⁊ in
curuat sup eos fornicē. Lucerna dñi spira-
culū hōis: que inuestigat oīa secreta ventris.
Misericordia ⁊ vitas custodiunt regē: ⁊ ro
boratur clemtia thron⁹ ei⁹. Exultatio iuue
nū fortitudo eoz: ⁊ dignitas senū canicies.
Liuor vulneris absterget mala: ⁊ plage i ob
secrationib⁹ uentris. ¶ .XXI.
Sicut diuisiones aquarum ita cor regis
i manu dñi: q̄cūq̄ voluerit iclinabit il
lud. Omis via viri recta sibi videtur: appen-
dit aūt corda dominus. Facere misericordi
am ⁊ iudiciuz magis placet dño q̄ victime.
Exaltatio oculorū ē dilatatio cordis: lucer
na impiorū pcm. Cogitatiōes robusti se
per i abundātia: ōnis ät piger i egestate est.

Qui cōgregat thesauros lingua mdacij uanus ⁊ excors ē: ⁊ impigetur ad laqueos mōtis. Rapie impiorum detrahēt eos: quia noluerūt facere iudiciū. Peruersa uia uiri aliena est a deo: qui āt mundus ē rectū op' ei'. Melī' ē sedere i angulo domatis: q̄ cū muliere litigiosa ⁊ i domo cōi. Alia ipij ōsiderat malum: nō miſebitur ꝓximo suo. Multato pestilēte sapiētiō erit puul': ⁊ si sectetur sapientez sumet sciam. Excogitat iust' ō domo impij: ut detrahat impios a malo. Qui obturat aurē suā ad clamorē paupis: ⁊ ipse clamabit ⁊ nō exaudiet. Mun' absconditū extinguit iras: ⁊ donū i sinu idignationē maximā. Bauditū iusto ē facere iudiciū: ⁊ pauō opantib' iq̄tatē. Vir q̄ errauerit in via doctrine: i cetu gigātiū cōmorabit. Qui diligit epulas in egestate erit: qui amat uinū ⁊ pinguia nō ditabitur. Pro iusto dabit impius: ⁊ ꝓ recto iniqu'. Melī' ē habitare i terra desta q̄ cū muliere rixosa ⁊ iracūda. Thesaurus desiderabil' ⁊ oleū i habitaculo iusti: ⁊ imprudēs hō dissipabit illud. Qui sequit iustitiam ⁊ miſicordiam: ueniet uitā iustitiaz ⁊ gliam. Ciuitatē fortium ascēdit sapiēs: destruxitq̄ robur fiducie ei'. Qui custodit os suū ⁊ linguā suā: custodit ab angustijs aiaz suā. Supbus ⁊ arrogās uocatur idoctus: q̄ in ira opatur supbiā. Desideria occidūt pigrū. noluerūt. n. q̄cq̄ man' eius opari. Tota die ꝓcupiſc ⁊ desiderat: q̄ āt iustus est tribuet ⁊ nō cessabit. Hostie ipiorū abominabiles: q̄ offerūt ex scelere. Testis mēdax pibit: uir obediēs loq̄tur uictoriā. Vir impius ꝓcaciter obfirmat ultū suū: qui aūt recte est corrigit uiam suā. Nō ē sapia: nō ē prudentia: nō ē ꝓsiliū ꝓtra dñm. Equ' parat ad diē belli: dñs aūt salutē tribuit.

¶ .XXII.

Melius ē nomen bonū q̄ diuitie mlte. sup argētū. n. ⁊ aurū gīa bona. Diues ⁊ pauper obuiauerūt sibi: utriusq̄ operatō est dominus. Callidus uidet malū: ⁊ absc̄dit se: inocēs ptransiit ⁊ afflictus ē dāno. Finis modestie timor dñi: diuitie ⁊ gloria ⁊ uita. Arma ⁊ gladij in uia superbi: custos āt aie sue longe recedit ab eis. Prouerbiuz ē: a dolescens iuxta uiā suā etiā cū senuerit non recedet ab ea. Diues pauperibus imperat: ⁊ q̄ accipit mutuū seru' ē fenerantis. Qui seminat iniq̄tatē metet mala: ⁊ uirga ire sue consumabitur. Qui pronus est ad miſericōdiā būdicet: de panib'. n. suis ōdit pauperi. Victoriā ⁊ honorē acq̄ret q̄ dat munera: aiam aūt aufert accipiētiū. Ejce derisorē ⁊ exibit cū eo iurgiū: cessabūtq̄ cause ⁊ cōtumelie. Qui diligit cordis mūdicīā: ꝓpter gīam labiorū suorū habebit amicū regē. Oculi dñi custodiunt sciam: ⁊ supplātāt verba iiqui. Dicit piger: leo ē foris in medio platearum occidēdus sū. Fouea ꝓfunda os alienē: cui iratus ē dñs icidet i eā. Stultitia colligata ē in corde pueri: ⁊ uirga disciplie fugabit eā. Qui calūniat paupereꝫ vt augeat diuitias suas: dabit ipse ditiori ⁊ egebit. Fili mi inclina aurē tuā: ⁊ audi verba sapiētium. Appone āt cor ad doctrinā meā: que pulchra erit tibi: cuz seruaueris eaz in ventre tuo. Et rendundabit i labijs tuis: ut sit in dño fiducia tua. Dñ ⁊ oñdā eam tibi hodie. Ecce ōscripsi eā tibi tripliciter in cogitationibus ⁊ scia: vt oñderez tibi firmitatē ⁊ eloquia vitatis respondere ex eis illis: qui miserunt te. Nō facias violētiaz paupi: q: paup ē: neq̄ ꝓas egenū i porta: q: iudicabit dñs cām eius: et configet eos q̄ cōfixerūt aiam ei'. Noli esse amic' hōi iracūdo: neq̄ ābules cū viro fuzioso: ne forte discas semitas ei': ⁊ sumas scādalū anime tue. Noli esse cū his q̄ defigunt mānus suas: ⁊ qui uades se offerūt ꝓ debit. Si. n. nō habes vnde restituas: quid cause ē: ut tollat operimētū ō cubili tuo? Ne trāsgrediaris t̄mios ātiquos: q̄s posuerūt pres tui. Vidisti virū uelocē i ope suo: coraz regibus stabit: nec erit ante ignobiles.

¶ .XXIII.

Quando sederis ut cōedas cū pricipe: diligenter attende que sunt apposita ante faciem tuam: ⁊ statue cultrum i gutturē tuo: si tamen habes in potestate aiam tuaz. Ne desiderez de cibis ei': in quo est panis mdacij. Noli laborare ut diteris: sz prudentie tue pone modū. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: q: facient sibi pēnas q̄si aquile: ⁊ uolabūt in celū. Ne cōedas cum hoie inuido: ⁊ ne desideres cibos ei': qm̄ in siłitudinē arioli ⁊ coniector estimat q̄ ignorat. Comede ⁊ bibe dicet tibi: ⁊ mēs eius nō est tecū. Cibos q̄s cōederas e uomes: ⁊ pdes pulchros sinones tuos. Jn aurib' insipiētiū ne loq̄ris: q: despiciēt doctrinā eloquij tui. Ne attingas paruulorū t̄minos: ⁊ agrū pupillorū ne introeas. Propiquus eiz illorū fortis est: ⁊ ipse iudicabit

contra te causam illorū. Ingrediat ad doctrinam cor tuū: & aures tue ad vba scientie. Noli subtrahere a puero disciplinā. si. n. percusseris eū virga: nō morietur. Tu virga percuties eū: & aiam eius de inferno liberabis. Fili mi si sapiens fuerit animꝰ tuꝰ: gaudebit tecū cor meum: & exultabūt renes mei cum locuta fuerint recta labia tua. Nō emulet cor tuum peccatores: sed in timore dñi esto tota die: qa habebis spem in nouissimo: & pstolatio tua non auferetur. Audi fili mi & esto sapiēs: et dirige i via animū tuū. Noli eē in cōuiuijs potatorū: nec i comessatiōibus eorū q carnes ad vescēdū cōfeūt: quia vacātes potibꝰ & dātes symbola ꝓsumēt: & vestiet pannis dōmi tatio. Audi pīem tuū qui genuit te: & ne ꝓtēnas cū senuerit mater tua. Veritatē eme: & noli vēdere sapiētiā & doctrinā & itelligētiā. Exultat gaudio pater iusti: qui sapiētē gēuit letabit in eo. Gaudeat patꝰ tuꝰ & matꝰ tua: & exultet qui genuit te. Prebe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui vias meas custodiāt. Fouea. n. pfūda ē mētrix: & puteꝰ angustꝰ aliena. Insidiat i via q̄si latro: & q̄s icautos i uenerit interficiet. Cui ue cuiꝰ patri ue: cui rixe: cui fouee: cui sīn cā ulnera: cui suffossio oculorū: nonne his qui cōmorāt in vino: et student calicibus eporandis: Ne intuearis vinū q̄n flaueſcit: cū splēduerit i vitro colore eius. Ingredit blande & i nouissimo morde bit ut coluber: & sicut regulus venena diffūdet. Oculi tui videbunt extraneas: & cō tuū loquet puersa. Et eris sicut dormiēs in medio mari: & q̄si sopitus gubernator amisso clauo: & dices: Verberauerūt me sed nō doluī: traxerūt me & ego nō sensi. Qñ euigilabo: & rursus uina reperiam?

.XXIIII.

Ne emuleris viros malos: nec ꝺsideres eē cum eis: qꝝ rapias meditat mens eorū: & fraudes labia eorū loquuntur. Sapiētia edificabit domꝰ: & prudētia roborabit. In doctrina replebūt cellaria: vniuersa ſba ꝓciosa & pulcherrima. Vir sapiēs fortis est & vir doctꝰ robustꝰ & validus: qꝝ cū dispositiōe init bellū: & erit salꝰ ubi mlta cōsilia sūt. Excelsa stulto sapia: i porta nō apiet os suum. Qui cogitat mala facere: stultꝰ vocabit. Cogitatio stulti pccm ē: & abominatio hoiuꝫ detractor. Si desperaueris lapsus i die āgustie: iminuet fortitudo tua. Erue eos qui ducūt ad mortē: & qui trahunt ad interitū libera ne cesses. Si dixeris uires ñ suppetūt: qui inspector cordis ipse intelligit: & custos rem aie tue nihil fallit: redetqꝫ hōi iuxta opa sua. Cōede fili mi mel qꝝ bonū ē: & fauū dulcissimū gutturi tuo. Sic & doctria sapie anime tue: quā cū inueneris: hābis i nouissimis spem: & spes tua non pibit. Ne insidieris: & qras ipietatē in domo iusti: neqꝫ uastes requiem eius. Septies. n. i die cadet iustꝰ: & resurget: ipi autē corruent i malū. Cū ceciderit inimicus tuꝰ ne gaudeas: & i ruina eius ne exultet cor tuū: ne forte videat dñs & displiceat ei: & auferet ab eo irā suā. Ne cōtendas cuꝫ pessimis: nec emuleris impios: quoniā non hñt futurorum spem mali: & lucerna impiorū extinguet. Time dñm fili mi & regem: & cuꝫ detractoribꝰ nō cōmiscearis. Quoniā repēte cōsurget pditio eorū: & ruinā utriusqꝫ ꝺs nouit? Hec q̄q̄ sapiētibꝰ. Cognoscē psonam in iudicio nō ē bonū. Qui dicūt ipio iustus es: maledicēt eis popli: & detestabūt eos tribus. Qui arguūt eū laudabūt: & super eos veniet bñdictio. Labia deosculabit qui recta verba respōdet. Prepara foris opus tuū: & diligēt exerce agrū tuū: & postea edifices domū tuā. Ne sis testis frustra ꝓtra ꝓximū tuū: nec lactes quenq̄ labijs tuis. Ne dicas quomō fecit mihi sic faciā ei: & reddam vnī cuiqꝫ ſum opꝰ suum. Per agruꝫ hōis pigri transiui & p vineā uiri stulti. Et ecce totum repleuerāt vrtice: & operuerāt superficiem eius spine: & macerie lapidū destructa erat. Qō cū vidissem posui in corde meo: & exēplo didici disciplinā. Usqꝫq̄ piger dormies: usqꝫq̄ de somno cōsurges? Parū inquā dormies: modicū dormitabis: pauxillū manꝰ ꝓseres: ut ꝺsecas: & vēiet tibi q̄si cursō egestas tua: & mēdicitas q̄si vir armatus.

.XXV.

Hē q̄ parabole salomonis quas transtulerunt viri eçechie regis iuda. Gloria dei est celare uerbū: & gloria regum inuestigare sermonē. Celuꝫ sursū & terra deorsū & cor regū inscrutabile. Aufer rubiginem ꝺ argento: & egredietur vas purissimum. Aufer impietatē ꝺ uultu regis: & firmabitur iustitia thronus eius. Ne gloriosus appareas corā rege: & in loco magnoꝝ ne steteris. Melius ē eim ut dicatur t ascende huc: q̄ ut humilieris coram principe. Que uiderunt oculi tui ne ꝓferas in iurgio cito: ne postea emendare nō possis cū dehonestaueris amicū tuū:

Lausa tuam tracta cū amico tuo: ⁊ secretū extranco ne reueles: ne forte īsultet tibi cuz audierit: ⁊ exprobrare ñ cesset. Sīa ⁊ amicitia liberant: q̄s tibi seua: ne exprobrabilis sias. Mala aurea i lectis argēteis: q̄ loquit verbū i tp̄e suo. Inaurī aurea ⁊ margarita fulgēs: q̄ arguit sapiētē ⁊ aurē obediētē. Sicut frigus niuis i die messis: ita legatus fidelis ei qui miserit eū: aīam ipsi⁹ recreare fac. Nubes ⁊ ventⁱ ⁊ pluuie nō sequētes: vir gloriosus ⁊ pmissa non cōplēs. Patiētia lenit princeps: ⁊ lingua mollis p̄fringet duritiā. Mel īuenisti: comedo quod sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud. Subtrahe pedē tuum de domo p̄rimi tui: neq̄ satiatus oderit te. Jaculū ⁊ gladius ⁊ sagitta acuta: hō q̄ loq̄t̄ p̄tra p̄rimū suū falsū testimōiū. Dēs putrio⁹ ⁊ pes lassus: q̄ spat sup īfideli i die angustie: ⁊ amittit palliū i die frigoris. Acetū i nitro: q̄ cantat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimēto ⁊ uermis ligno: ita tristitia uiri nocet cordi. Si esurierit inimicus tu⁹: ciba illū: si sitit da ei aquā bibere. Prunas.n. cōgregabis sup caput ei⁹: ⁊ dñs redoet tibi. Ventⁱ aquilo dissipat pluuias: ⁊ facies tristis linguā detrahētē. Melius ē sedere in angulo domatis: q̄ cū muliere liti giosa ⁊ i domo cōi. Aqua frigida anime siti ēti: ⁊ nūcius bonus de terra longinq̄. Fons turbatus pede ⁊ uena cōrupa: iustus cadēs coram impio. Sicut q̄ mel multū cōedit ñ est ei bonū: sic q̄ scrutator ē maiestat⁹: oppi mēt a glia. Sicut vrbs patēs ⁊ absq̄ muro ītū ambitu: ita vir q̄ nō pōt in loquēdo cohibere spiritum suum.

.XXVI.

Domō nix i estate ⁊ pluuie i messe: sic indecens est stulto glia. Sicut auis ad alta transuolans: ⁊ passer quolibet uadens: sic maledictum frustra prolatum in quēpiam superueniet. Flagellū eq̄ ⁊ chamⁱ asino ⁊ virga in dorso īprudētiū. Ne rñdeas stulto iuxta stultitiā suam: ne efficiaris ei simil. Rñde stulto iuxtā stultitiā suam: ne sibi sapiēs esse uideatur. Claudus pedibus ⁊ iniq̄tatē bibēs: q̄ mittit v̄ba p nūciū stulti. Quō pulchras frustra hz claudus tibias: sic inde cēs ē i ore stultorū pabola. Sicē q̄ mittit lapidē i acerui mercurij: ita q̄ tribuit īsipienti honorem. Quō si spia nascatur i mānu temulēti: sic parabola i ore stultorū. Judiciū determinat cās: ⁊ q̄ iponit stulto silentiuz: iras mitigat. Sicē canis q̄ reuertit ad uomitū suū: sic iprudēs q̄ iterat stultitiā suā. Vidisti hoiem sapientem sibi uideri: magis illo spē habebit īsipiens. Dicit piger: leo ē in uia: ⁊ leena i itinerib⁹. Sicē ostiū uertitur i cardine suo: ita piger i lectulo suo. Abscondit piger mānus sub ascella sua: ⁊ laborat si ad os suum eas cōuerterit. Sapiētior sibi stultus uidet septē uiris loquētib⁹ sñias. Sicut q̄ appḧendit auribⁿ canē: sic qui trāsit ⁊ ipatiens cōmiscet rixe alterius. Sicē noxius est q̄ mittit sagittas ⁊ lāceas i mortē: ita uir q̄ fraudulēter nocet amico suo: ⁊ cū fuerit dep̄hēsus dicet: ludēs feci. Cū defecerint ligna extinguet ignis: ⁊ susurrone subtracto iurgia cōqescūt. Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignē: sic hō iracūdus suscitat i ixas. Verba susurrōis q̄si simplicia: ⁊ ipsa pueniunt ad intima cordis. Quō si argēto sordido ornare uelis vas fictile: sic labia tumtia cū pessimo corde sociata. Labīs suis intelligitur īmicⁱ: cū i corde tractavit dolos. Cū submiserit vocē suā: ne credideri ei: qm̄ septē neq̄tie sunt i corde illⁱ. Qui opit odiuz fraudulenter: reuelabit malicia ei⁹ i pcilio. Qui fodit foueā icidet i eam: ⁊ qui voluit lapidē reuertet ad eū. Lingua fallax ñ amat v̄itatem: ⁊ os lubricū operatur ruinas.

.XXVII.

Ne glorieris in crastinū: ignoras quid superuentura pariat dies. Laudet te alienus ⁊ nō os tuū: extraneus ⁊ nō labia tua. Graue est saxum ⁊ onerosa arena: sed ira stulti vtroq̄ grauior. Ira non hēt misericordiam: nec erūpens furor: ⁊ ipetū p̄citati sps ferre quis poterit? Melior est manifesta cōrectio: q̄ amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis: q̄ fraudulenta oscula odientis. Alia saturata calcabit fauuz: ⁊ aia esuriens ēt amarū p dulci sumet. Sicē auis trāsmigrans de nido suo: sic uir qui derelinq̄t locū suū. Unguēto ⁊ narīs odoribⁿ ōlectatur cor: ⁊ bonis amici cōsilijs aia dulcōatur. Amicū tuū ⁊ amicū p̄ris tui ne dimiseris ⁊ domū fratris tui ne ingrediaris in die afflictiōis tue. Melior ē uicin⁹ iuxta: q̄ frater procul. Stuō sapiētie fili mi ⁊ letifica cor meum: ut possis exprobrāti rñdere sermonez. Astut⁹ uidēs malū absc̄ōdit ē: parvuli trāseuntes sustinuerūt dispēdia. Tolle uestimētū ei⁹ q̄ spopōdit p extrāeo: ⁊ p aliēis aufer ei pigⁿ. Qui bñdicit p̄rio suo uoce grandi

de nocte ꝓsurgẽs: maledicẽti filiꝰ erit. ¶Tecta pstillantia in die frigoris ⁊ litigiosa muli er cõpant. ¶Qui retinet eam q̃si q̃ vẽtũ tene at: ⁊ oleũ dextre sue euacuat. ¶Ferrũ ferꝛo exacuitur: ⁊ hõ exacuit faciẽ amici sui. ¶Qui seruat ficũ comedet fructꝰ eiꝰ: ⁊ q̃ custos ẽ dñi sui glificabit. ¶Quõ in aq̃s respõdẽt vultus pspiciẽtiũ: sic corda hoiũm mãifesta sũt prudentib'. ¶Infern' ⁊ pditio nũq̃ replẽt: sic ⁊ oculi hoiũm insatiabiles. ¶Quõ pbat i ꝓflatorio argẽtũ ⁊ ifornace auꝛ: sic ꝓbatur hõ ore laudantis ¶Cor iniqui inquirit mala: cõ aũt rectuꝫ inq̃rit sciam. ¶Si cotuderis stultuꝫ i pila q̃si ptisanas feriẽte desup pilo: nõ auferetur ab eo stultitia eiꝰ. ¶Diligenẽ agnosce vultũ pecoris tui: tuosq̃ greges cõsidera. ¶Nõ eim hẽb̃ iugẽ pẽtẽ: sꝫ coronã tribuet tibi i generatione ⁊ generationẽ. ¶Apta sũt prata ⁊ appaꝛuerũt herbe virẽtes: ⁊ collecta sunt fena de montib'. ¶Agni sũt ad uestimẽtũ tuũ ⁊ hedi ad agri pciũ. ¶Sufficiat tibi lac caprarũ i cibos tuos ⁊ in necessaria dom' tue ⁊ ad victũ ancillis tuis.

¶ .XXVIII.

¶Fugit impi' nemie pseq̃tẽte: iust' ãt q̃si leo confidẽs absq̃ terrore erit. ¶Propter pcã tre multi pricipes eiꝰ: ⁊ ꝑpt̃ hõis sapiẽtiã ⁊ horũ sciam q̃ dicũt: uita ducis lõgior erit. ¶Vir paup calũnias paupes: silis est ibri uehementi i quo paꝛatur fames. ¶Qui derelinquũt legẽ laudãt ipiũ: qui custodiũt succendũt ꝓtra eũ. ¶Viri mali non cogitãt iudiciũ: q̃ ãt inq̃runt dñum animaduertunt oia. ¶Melior ẽ paup ambulãs in simplicitate sua: q̃ diues i prauis itinerib'. ¶Qui custodit legẽ filiꝰ sapiẽs ẽ: qui ãt comessatores pascit confundit pẽm suum. ¶Qui coaceruat diuitias usuris ⁊ fenore liberali: i paupes ꝓgregat eas. ¶Qui declinat aures suas ne audiat legẽ: oꝛo eiꝰ erit execrabil'. ¶Qui ꝺcipit iustos i uia mala: in ĩtitu suo corruet: ⁊ simplices possidebũt bona eius. ¶Sapiens sibi uidet uir diues: paup ãt prudẽs scrutabit cũ. ¶In exultatione iustoꝝ multa glia est regnãtibus. impꝫ ruine hoiũm. ¶Qui abscondit scelera sua nõ dirigẽt: qui ãt cõfessus fuerit ⁊ reliq̃rit ea miam conseq̃t. ¶Bẽs hõ qui sẽp est pauidus: qui vo mentis ẽ duze: corruet i malum. ¶Leo rugiens ⁊ vrsus esuriẽs: princeps impius super pplm pauperem. ¶Dux i digẽs prudentia multos oppꝛimet p calumniam: q̃ ãt odit auariciam: lõgi fiẽt dies eiꝰ.

¶Hoiez qui calũniat aie sanguinẽ: si usq̃ ad lacum fugerit nemo sustinet. ¶Qui ambulat simpliciter salu' erit: q̃ puersis gradit uiꝫ ꝓcidet semel. ¶Qui opatur trã suã satiabit panib': q̃ aũt sectat ociũ replebit egestate. ¶Vir fidelis multũ laudabitur: q̃ ãt festinat ditari non erit inocẽs. ¶Qui cogscit i iudicio faciez non bene faciste ⁊ ꝓ buccella panis deserit veritatẽ. ¶Vir q̃ festinat ditari ⁊ aliꝫs iuidet: ignorat q̃ egestas supueniet ei. ¶Qui cõpit hoiem: gr̃iam postea inueniet apud eum: magis q̃ ille qui p lingue blãdimenta decipit. ¶Qui subtrahit aliq̃d a pie suo ⁊ a mie ⁊ dicit hoc nõ ẽ pcm: particeps homicide est. ¶Qui se iactat ⁊ dilatat: iurgia cõcitat: q̃ vo sperat i dño saluabit. ¶Qui cõfidit in corde suo stult' ẽ: qui ãt graditur sapiẽt: ipse laudabitur. ¶Qui dat paupi nõ idigebit: qui despicit depcãtẽ sustinebit penuriam. ¶Cũ surrexerint impi abscondẽt hoies: cũ illi perierint: multiplicabunt iusti.

¶ .XXIX.

¶Vir q̃ corripiẽtẽ dura ceruice pcnit: repentin' ei supueniet interit': ⁊ cũ sanitas non seq̃tur. ¶In multiplicatiõe iustoruꝫ letabitur uulg': cũ ipi sũpserit principatu: gemet ppls. ¶Vir q̃ amat sapiaꝫ: letificat patrem suũ: q̃ ãt nutrit scortũ pdet substãz. ¶Rex iustus erigit terrã: uir auar' destruet eã. ¶Hõ qui blandis fictisq̃ sermõibus loquit amico suo: rete expandit gressibus eius. ¶Peccãtẽ uirũ iniquũ involuet laque': ⁊ iust' laudabit: atq̃ gaudebit. ¶Novit iustus cãm pauperꝫ: impius ign̄at sciam. ¶Hoies pestilẽtes dissipant ciuitatem: sapientes vo auertunt furorẽ. ¶Vir sapiẽs si cũ stulto cõtenderit: siue irascatur siue rideat: nõ inueniet requiẽ. ¶Viri sanguinũ oderũt simplicẽ: iusti ãt q̃rũt aiaz eius. ¶Totum spz suũ pfert stult': sapiẽs differt ⁊ reseruat in posterũ. ¶Princeps q̃ libẽter audit uerba mendacij: omnes ministros hz impios. ¶Pauper ⁊ creditor obuiauerunt sibi: utriusq̃ est illuminator dñs. ¶Rex qui iudicat in veritate pauperes: thronus eius in eternũ firmabitur. ¶Virga atq̃ correctio tribuit sapiam: puer ãt qui dimittitur voluntati sue confundit mrem suã. ¶In multiplicatione impioꝝ multiplicabũtur scelera: ⁊ iusti ruinas eorũ uidebũt. ¶Erudi filiũ tuuz ⁊ refrigerabit te: ⁊ dabit delicias aie tue. ¶Cuz pphetia õfecerit: dissipabit ppls: q̃ vo custodit legẽ: beatus ẽ. ¶Seruus uerbis nõ potest

erudiri: q; qđ dicis itellit: ꝛ rñdere ꝓtenit. Vidisti hoiem uelocē ad loquēdū: stultitia magis speranda ē ꝙ illius correctio. Qui ỏ licate a pueritia sua nutrit puū suū: postea sentiet eū cōtumacē. Vir iracūdus puocat rixas: ꝛ q ad idignādū facil ē: erit ad peccādū ꝓcliuior. Superbū seqt̄ hūilitas: ꝛ hūilez spu suscipiet gla. Qui cū fure ꝑticipat: odit aiam suam: adiurātē audit: ꝛ ñ idicat. Qui timet hoiem cito corruet: q spat i dño subleuabit. Multi requrūt faciē ꝓncipis: ꝛ iudicium a dño egredit singuloꝝ. Abominant iusti uiꝝ ipiū: ꝛ abominātur impij cos qui in recta sūt uia. Verbū custodiēs filius extra ꝓ ditionem erit. ¶ .XXX.

VErba ꝓgregantis: filij vomenti. Visio quā locut ē uir cū q ē deus: ꝛ q deo secum morāte ꝓfortat ait: Stultissim sū virorū: ꝛ sapia hoium nō ē mecū. Non didici sapiētiā: ꝛ noui sciam scōrum. Quis ascendit i celū atq; descendit? Quis ꝓtenuit spm in manib suis? Quis colligauit aq̄s quasi i uestimento? Quis suscitauit oēs termino tre? Qđ nomē ē ei: ꝛ qđ nomē filij ei si nosti? Omis sermo dei ignit clypeꝰ ē oībus sperantib i se. Ne addas q̄cq̄ verbis illꝰ: ꝛ arguat inueniarisq; mendax. Duo rogaui te: ne deneges mihi anteq̄ moriar. Vanitatem ꝛ vba mendacia longe fac a me. Mendicitatez ꝛ diuitias ne dederis mihi. Tribue tm̄ uictui meo necessaria: ne forte satiat illiciar ad negādū: ꝛ dicā: q̄s ē dñs: aut egestate cōpulsus furer: ꝛ ptenē nom dei mei. Ne accuses seruū ad dñm suū: ne forte maledicat tibi et corruas. Generatio q̄ ꝑi suo maledicit ꝛ q̄ mā sue non benedicit. Generatio q̄ sibi munda uidet: ꝛ tm̄ ñ ē lota a sordibus suis. Generatio cui excelsi sūt oculi: ꝛ palpebre ei in alta subrecte. Generatio q̄ ꝑ dentib gladios hz ꝛ cōmādit molaribus suis: ut comedat iopes ỏ terra ꝛ paupes ex hoīb. Sanguisuge due sunt filie: dicētes affer affer. Tria sūt insaturabilia: ꝛ quartū q̄ nunq̄ dicit sufficit. Infernus ꝛ os uulue ꝛ tra que non satiat aqua: ignis vo nunq̄ dicit sufficit. Oculus q̄ subsānat pīez ꝛ q̄ despicit ptū mūs sue: suffodiant eū corui de torrētibus: ꝛ comedant eū filij aquile. Tria sūt difficilia mihi: ꝛ q̄rtū penit ignō: Via aqle in celo: uia colubri super petrā: uia nauis i medio mari: ꝛ via uiri in adolescentia. Talis ē ꝛ uia mulieris adultere q̄ comedit: ꝛ tergens os suū dicit: Nō fū opata malū. Per tria mouet terra: ꝛ q̄rtū qđ non pōt sustinere. Per seruū cū regnauerit: p stultū cū saturat fuerit cibo: ꝛ p odiosā mlierē cū i mūmōio fuerit assūpta: ꝛ p ancillā cū fuerit hēs dñe suc. Quattuor sūt minima terre: ꝛ ipsa sūt sapiētiora sapiētib. Formice ppls infirm: q̄ ppat i messe cibū sū. Lepuscul plebs inualida: q̄ collocat i petra cubile suum. Regem locusta non hēt: ꝛ egreditur vniuersa p turmas suas. Stelio manibus nititur: ꝛ morat in edibus reg. Tria sūt q̄ bene gradiunt: ꝛ quartū qđ uicedit feliciter. Leo fortissim bestiaꝝ ad nullū pauebit occursū. Gall succict lūbos suos ꝛ aries: nec ē rex q̄ resistat ei: ꝛ q̄ stult appetit: postq̄ eleuat ē i sublime. Si. n. itellexisset ozi suo iposuisset manū. Qui aūt fortiū premit ubera ad eliciēdū lac: exprimit butyꝝ ꝛ qui vehementer emungit: elicit sanguinē: ꝛ q̄ puocat iras ꝓducit discordias. XXXI.

VErba lamuelis reg. Visio q̄ erudiuit eum mr̄ sua. Quid dilecte mi: quid dilecte uteri mei: quid dilecte votorū meo: ū? Ne dederis mulieribus substantiam tuaz: ꝛ diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus o lamuel noli regibus dare uinuz: q; nullū secretū ē ubi regnat ebrietas. Ne fortebibāt ꝛ obliuiscantur iudiciorū: ꝛ mutēt causam filioruz pauperis. Date siceraz merentibus: ꝛ uinum his q̄ amaro sūt animo. Bibant ꝛ obliuiscāt egestatis sue: ꝛ doloris sui non recordēt ampli. Aperi os tuuz muto: ꝛ causis oīum filioꝝ qui ptranseūt. Apri os tuū: decerne qđ iustū ē: ꝛ vindica iopem ꝛ paupez. Aleph: Mulierē fortē q̄s inueniet? ꝓcul ꝛ de vltimis finib ꝑciū ei. Beth: Confidit i ea cor uiri sui: ꝛ spoliis nō indigebit. Gimel: Reddet ei bonū ꝛ nō malū: oīb diebus vite sue. Deleth: Quesiuit lanam ꝛ linum: ꝛ operata ē consilio manuū suarū. He: Facta ē quasi nauis institoris de longe: portās panez suū. Vau: De nocte surrexit: ỏditq; ꝑdam domesticis suis ꝛ cibaria ancillis suis. Zai: Consideravit agrū ꝛ emit eum: de fructu manuum suaruz plantauit uineā. Heth: Accinxit fortitudine lumbos suos: ꝛ roborauit brachiū suū. Theth: Gustauit ꝛ vidit q; bōa ē negociatio eius: nō extinguet i nocte lucerna eius. Joth: Manum suam misit ad fortia: ꝛ digiti ei apphēderūt fusū. Raph:

Manū suā apuit iopi: ⁊ palmas suas exten
dit ad paupē. Lamech: Nō timebit domui
sue a frigorib⁹ niuis: ōes.n. domestici ei⁹ ue
stiti sūt duplicib⁹. Mem: Stragulatā uestē
fecit sibi: byssus ⁊ purpura indumentū ei⁹.
Nun: Nobilis ī portis uir ei⁹: qñ sederit cū
senatoribus t̄re. Samech: Sindonē fecit ⁊
uēdidit: ⁊ cingulū tradidit chananeo. Ayn:
Fortitudo ⁊ decor indumētū ei⁹: ⁊ ridebit ī
die nouissimo. Phe: Os suū apuit sapiētie
⁊ lex clemētie in lingua ei⁹. Sade: Conside-
rauit semitas domus sue: ⁊ panez ociosa ñ
comedit. Coph: Surrexerūt filij ei⁹ ⁊ beatis
simam p̄dicauerūt: uir ei⁹ ⁊ laudauit eam.
Res: Multe filie cōgregauerūt diuitias: tu
supergressa es vniuersas. Syn: Fallax gr̄a ⁊
uana ē pulchritudo: mlier timēs dñm ipsa
laudabitur. Thau: Date ei de fructu manu
um suaꝝ: ⁊ laudēt eā ī portis opa eius.

¶ Expliciūt ꝓuerbia salomōis. Incipit ꝓlog⁹
sancti Hieronymi in librum Ecclesiasten.

Miserere mei deus.

Memini me ante hoc ferme
quinquēniū: cuz adhuc ro
me essem: ⁊ ecclesiasten scē
blesille legerē: ut eā ad con
temptum mūdi hui⁹ ꝓuo-
carē: ⁊ ōe qd̄ ī mūdo cerne
ret putaret esse ꝓ nihilo: rogatū ab ea: ut in
morē cōmētarioli obscura queqꝫ dissererē:
ut absqꝫ me posset intelligē q̄ legebat. Itaqꝫ
qm̄ ī ꝓcinctu nr̄i operis sb̄ita morte sb̄trac
ta est: ⁊ ubi non meruimus o paula ⁊ eusto
chium talem vite nostre habere consortez:
tanto uulnere tūc percussus obmutui: nūc
in bethleem positus angustiore uidelicet ci-
uitate ⁊ illius memorie ⁊ uobis r̄ddo quod
debeo. Hoc breuiter ammonens: ꝙ nullius
auctoritatem secutus sū: sed de hebreo trās
ferens maxime septuagita int̄pretū ꝯsuetu-
dini me coaptaui: in his duntaxat que nō
multum ab hebraicis discrepabant. Inter-
dū aquile quoqꝫ ⁊ symmachi ⁊ theodotōis
recordatus sum: ut nec nouitate nimia lec
toris studium deterrerem: nec rursum ꝯtra
cōsciam meam fonte ueritatis omisso: opi-
nionum riuulos consectarer.

¶ Explicit prologus sancti Hieronymi.
Incipit liber Ecclesiastes. Capitulū. I.

Eerba ecclesiastes fi
lij dauid reg̃ hierusalē. Uāi
tas uanitatū dixit eccl̄iastes:
uanitas uanitatum ⁊ omnia
uanitas. Quid hz ampli⁹ hō
de vniuerso labore suo quo laborat sub so-
le: Generatio preterit: ⁊ generatio aduenit:
t̄ra autē in eternuz stat. Orit̄ sol ⁊ occidit: ⁊
ad locū suū reuertit̄: ibiqꝫ renascēs gyrat ꝑ
meridiem: ⁊ flectit̄ ad aq̄lonē. Lustrās univ̄
sa in circuitu ꝑgit sp̄s: ⁊ ī circulos suos rev̄
titur. Omnia flumina intrant ī mare: ⁊ ma
re nō redundat. Ad locum vnde exeunt flu
mina reuertunt̄: ut iterū fluant. Cuncte res
difficiles: nō pōt eas hō explicare sermone.
Non saturatur oculus visu: nec auris audi
tu impletur. Quid ē qd̄ fuit? Ipsū qd̄ futu-
rū est. Quid ē qd̄ factū ē? Ipsū qd̄ faciendū
est. Nihil sub sole nouū: nec valet q̄sq̄ dicē:
ecce hoc recēs est: iam.n. p̄cessit ī seculis q̄
fuerūt añ nos. Non ē priorū memoria: sed
nec eoꝝ q̄dē q̄ postea futura sunt erit recor
datio apud eos q̄ futuri sunt ī nouissimo.
Ego eccl̄iastes fui rex isrl̄ in irl̄m: ⁊ ꝓposui ī
animo meo querē ⁊ inuestigare sapienter d̄
ōibus que fiunt sub sole. Hāc occupationē
pessimā dedit deus filijs hoīum: ut occupa-
rēt̄ in ea. Uidi q̄ fiunt cuncta sub sole: ⁊ ecce
vniuersa uāitas ⁊ afflictio sp̄s. Peruersi dif
ficile corrigūt̄: ⁊ stultoꝝ infinit⁹ ē numer⁹.
Locutus sū ī corde meo dicēs: Ecce magn⁹
effectus sū: ⁊ p̄cessi ōes sapīa qui fuerūt añ
me in irl̄m: ⁊ mens mea ꝯtēplata est multa
sapient̄ ⁊ didici: dediqꝫ cor meuz ut scirem
prudētiā atqꝫ doctrinā: erroresqꝫ ⁊ stultiti-
am. Et agnoui ꝙ ī his q̄ꝫ esset labor ⁊ afflic
tio sp̄s: eo ꝙ in multa sapīa mlta sit īdigna-
tio: ⁊ q̄ addit sciam: addit ⁊ laborē. ¶ .II.

Dixi g̃ in corde meo: Uadā ⁊ affluā de
litijs: ⁊ fruar bonis. Et uidi ꝙ hoc q̄ꝫ
ēet uanitas. Risū reputaui errorē: ⁊ gaudio
dixi: Quid frustra decipis? Cogitaui ī cord̄
meo: abstrahere a vino carnem meam: vt a
nimum meum transferrem ad sapiētiaz: de
uitarēqꝫ stultitiā: donec uiderem quid esset
vtile filijs hoīum: quo facto opus est sub so
le numero dierum vite sue. Magnificaui o
pera mea. Edificaui mihi domos: ⁊ plāta
ui uineas: feci hortos ⁊ pomeria: ⁊ conseui
ea cuncti generis arboribus: ⁊ extruxi mihi

209

piscinas aquārū ut irrigarem silluam lignorūz germinātiū. Possedi seruos ⁊ ancillas: mlt̄amq; familiā hūi: armēta quoq; ⁊ magnos ouium greges: ultra oēs q̄ fuerūt añ me in irl̄m. Coaceruaui mihi argētū ⁊ aurū ⁊ substātias regū ⁊ puinciarū. Feci mihi cātores ⁊ cātatrices ⁊ delitias filiorū hoīum: cyphos ⁊ urceolos in ministerio ad uina fundēda: ⁊ supergressus sū opib⁹ oēs q̄ añ me fuerūt in irl̄m. Sapientia q̄q; pseuerauit mecum: ⁊ oia que desideraueruīt oculi mei nō negaui eis: nec phibui cor meū q̄n oī voluptate frueret: ⁊ oblectaret se i his q̄ pparaueraz. Et hāc ratus sū ptē meā: si uterer labore meo. Cūq; me conuertissē ad vniūsa opa q̄ fecerāt manus mee: ⁊ ad labores i quib⁹ frustra sudauerā: uidi i oīb⁹ uanitatē ⁊ afflictionē animi: ⁊ nihil pmanē sub sole. Transui ad cōtēplādā sapiaz erroresq; ⁊ stultitiā. Quid ē inquā hō: ut seq̄ possit regē factorē suuz: Et uidi q̄ tm̄ precedēt sapia stultitiā: q̄tuz differt lux a tenebris. Sapiētis oculi i capite eius: stultus i tenebris ambulat. Et didici q̄ unus utriusq; eēt interitus: ⁊ dixi in corde meo: Si unus ⁊ stulti ⁊ me⁹ occasus erit: q̄d mihi pdest q̄ maiorē sapie dedi operaz: Locutusq; cū mente mea: animaduerti q̄ hoc q̄q; eēt uanitas. Non.n. erit memoria sapientis sic̄ ut stulti i ppetuū: ⁊ futura tpa obliuioe cūcta parit̄ operient. Moriē docet⁹ sic̄ ut indoct⁹: ⁊ iccirco teduit me uite mee: uidentez mala uniuersa eē sub sole: ⁊ cūctā uanitatez ⁊ afflictionē spūs. Rursus detestat⁹ sū oem i dustiam meā: q̄ sub sole studiosissime laborauī: habiturus hēdē p⁹ me quem ignoro v trū sapiēs aut stultus futurus sit: ⁊ dñabit in laboribus meis q̄bus desudaui ⁊ sollicitus fui. Et ē q̄q̄ tā uanū: Uñ cessauit: renūciauitq; cor meū ultra laborare sb̄ sole. Nā cum ali⁹ laboret i sapia ⁊ doctrina ⁊ sollicitudine: hōi ocioso q̄sita dimittit. Et hoc q̄q; uanitas ⁊ magnum malum. Quid.n. pdest hōi de uniuerso labore suo ⁊ afflictione spūs q̄ sub sole cruciat⁹ ē: Cūcti dies eius doloribus ⁊ erūnis pleni sunt: nec p noctē mēte requiescit. Et hoc nōne uanitas ē: Nōne melius ē comedē ⁊ bibere: ⁊ ostēdere aie sue bona de laboribus suis: Et hoc de mān dei est. Quis ita deuorabit ⁊ delitijs affluet ut ego: Hōi bono in cōspectu suo dedit deus sapientiā ⁊ sciētiā ⁊ letitiam: peccatori autez dedit afflictionē ⁊ curā supfluā: ut addat et pgreget ⁊ tradat ei q̄ placuit deo. Sz ⁊ hoc uanitas ē: ⁊ cassa sollicitudo mentis.

¶ .III.

Sapiētia hūiliati exaltabit caput illi⁹: ⁊ i medio magnatoꝝ cōsedē illuz faci et. Non laudes uirū i specie sua: nz spernas hoīem i uisu suo. Breuis in volatilib⁹ apis: ⁊ initiū dulcoris hz fructus illius. Jn uestitu ne glieris unq̄: nec in die honoris tui ex tollaris. Qm̄ mirabilia opa altissimi soli⁹: ⁊ gloriosa ⁊ abscōsa ⁊ iusta opa illi⁹. Multi tyranni sederūt i throno: ⁊ insuspicabilis portauit diadema. Multi potātes oppres si sūt ualide: ⁊ glorioſi traditi sūt in manus alterorū. Priusq̄ iterroges: ne uitupes quē q̄: ⁊ cū introgaueris: corripe iuste. Priusq̄ audias ne rūdeas uerbū: ⁊ i medio seniorū ne adijcias loq̄. De ea re que te nō molestat ne certeri: ⁊ i iudicio peccātiū ne cōsistas. Fi li ne i multis sint act⁹ tui: ⁊ si dues fueris nō eris imunis a delicto. Si.n. secut⁹ fueris nō apprehēdes: ⁊ nō effugies si pcurreris. Est homo laborās ⁊ festinās ⁊ dolens ipius: et tantomagis nō abūdabit. Est hō marcid⁹ egens recuperatione plus deficiēs ⁊ute: ⁊ a būdās pauptate: ⁊ oculus dei respexit illuz i bono: ⁊ erexit eū ab hūilitate ipsi⁹: ⁊ exal tauit caput ei⁹: ⁊ mirati sūt i illo mlti ⁊ hono rauerūt deū. Bona ⁊ mala uita ⁊ mōs pau pertas ⁊ honestas a deo sūt. Sapiētia disci plina ⁊ scia apud legis dñm: dilectio ⁊ uie bonorū apud ipsum. Error ⁊ tenebre pcō ribus concreata sunt: qui aūt exultāt in ma lis consenescunt in malo. Patio dei pmanet iustis: ⁊ pfectus illius successus hēbit i etnū. Est qui locupletat⁹ parce agendo: ⁊ hec pars mercedis illius i eo q̄ dicit inueni requez mi hi: ⁊ nunc manducabo ō bonis meis solus: ⁊ nescit q̄ tp̄s p̄ceat illū ⁊ mors appropin quet: ⁊ reliq̄t oia alijs: ⁊ moriat. Sta i testa mēto tuo ⁊ in illo colloq̄re: ⁊ i ope mandato rū tuorū ueteresce. Ne manseris in opib⁹ pcōrū. Confide aūt in deo: ⁊ mane in loco tuo. Facile est eim in oculis dei subito bone stare pauperem. Bñdictio dei i mercedez iu sti festinat: ⁊ in honore ueloci processus illi us fructificat. Ne dicas: qd ē mihi op⁹: ⁊ q̄ erūt mihi ex hoc bōa. Ne dicas: Sufficiēs

⁊

suz: ꝙd ex hoc pessimabor? In die bonoꝝ ne imemor sis malorum: ꝛ in die maloruz ne imemor sis bonoꝝ: qm̃ facile ē corā deo i die obit⁹ retribuē unicuiqz ꝑm uias suas. Malicia hore obliuionē facit luxurie magne ꝛ i fine hoīs denudatio operū illi⁹. Ān mor tē ne laudes hoiez quēq̃: qm̃ i filijs suis agnsci t uir. Nō ōnem hoiem iducas i domū tuā: multe. n. sūt insidie dolosi. Sicut. n. eructuant ꝓcordia fetētiū: ꝛ sicut pdix iducit i caueaz: ꝛ ut caprea i laqueū: sic ꝛ cor supboꝝ: ꝛ sic ꝑspector uidēs casū ꝓximi sui. Bōa. n. i ma la ꝓuertēs insidiat: ꝛ i electis iponet macu laz. Ab scitilla. n. una augeť ignis: ꝛ ab uno dolosō augeť sanguis: hō vō pccoz sanguini insidiat. Attēde tibi a pestifero: fabricat eiz mala: ne forte inducat sup te substanatio nē i ppetuum. Admitte ad te alienigenaz ꝛ subuertet te i turbine: ꝛ ab alienabit te a vi is proprijs.

C.XII.

Si bñ benefeceris scito cui feceris: ꝛ erit gr̃a in bōis tuis multa. Benefac iusto ꝛ inenies retributionē magnā: ꝛ si nō ab ip so certe a dño. Nō ē eim ei bene qui assidu⁹ ē i malis: ꝛ elemosynas nō danti: qm̃ ꝛ altiss simus odio hz pccores: ꝛ mist⁹ ē pēitentib⁹ Da mifico: di: ꝛ ne suscipias pccorē. Et im pys ꝛ pccoribus reddet uindictā custodiens eos i die uindicte. Da bono ꝛ nō receperis pccorē. Benefac hūli ꝛ non dederis impio. Prohibe panes illi dare: ne i ipsis potētior te sit. Nā duplicia mala inenies i oīb⁹ bōis q̃cūq̃ feceris illi: qm̃ ꝛ altissim⁹ odio hz pec catores ꝛ ipys reddet uindictā. Nō agnscet i bonis amicus: ꝛ nō abscōdet in mal⁹ ūmic⁹. In bonis uiri inimici illi⁹: in tristitia ꝛ i ma licia illi⁹ amicus agnitus est. Non credas ii mico tuo in eternum. Sicē eim eramentum eruginat neq̃tia illius. Et si humiliatus ua dat curuus: abyce aium tuū: ꝛ custodi te ab illo. Nō statuas illū penes te: nec sedeat ad dexterā tuā: ne ꝓuersus stet i loco tuo: ne fō te ꝓuersus in locū tuū icīat cathedrā tuaz: ꝛ i nouissimo cognoscas ẏba mea: ꝛ i fmoi b⁹ meis stimuleris. Quis miscebit icantato ri a fpente pcusso: ꝛ oībus q̃ appropiant be stijs? Sic ꝛ q̃ comitat cū viro iiq̃: ꝛ obuolut⁹ ē i pccis eius. Una hora tecū pmācbit: si āt declinaueris non supportabit. In labijs su is indulcat ūmic⁹: ꝛ in corō suo insidiatur: ut subuertat te in foueaz. In oculis suis sa chrymat inimic⁹: ꝛ si inenerit tps: nō satia bit sanguine: ꝛ si incurrerit tibi mala: inueni es eū illic ꝓrē: ꝛ q̃si adiuuans suffodiet plā tas tuas. Caput suuz mouebit: ꝛ plaudet manu: ꝛ multa susurrans commutabit uul tum suum.

C.XIII.

Qui tetigerit picez: inq̃nabit ab ea: ꝛ q̃ communicauerit supbo: induet supbi am. Pono⁹ sup se tollit q̃ honestiori se cōi cat. Et ditiori te ne socius fueris. Quid cō cabit cacab⁹ ad ollā? Qñ. n. se collisserint cō fringet. Diues iniuste egit ꝛ fremebit: paup āt lesus tacebit. Si largit⁹ fuer⁹: assumet te ꝛ si nō hūeris: dēlinq̃t te. Si hēs conuiuet tecū ꝛ euacuabit te: ꝛ ipse nō dolebit sup te. Si necessarius illi fueris: supplātabit te: et subridēs spez dabit narrans tibi oia bona ꝛ dicet: ꝙd op⁹ ē tibi: ꝛ ꝓfudet te i cibis suis: donec te exinaniat bis ꝛ ter: ꝛ in nouissimo deridebit te. Postea uidēs dereliq̃t te: et ca put suū mouebit ad te. Humiliaē deo: ꝛ expec ta manus eius. Attēde ne seduc⁹ i stultitia humilier⁹. Noli eē humil⁹ i sapia tua: ne hu miliatus i stultitiā seducaris. Aduocatus a potētiore discede: ex hoc. n. magis te aduo cabit. Ne iprobus sis ne ipugn⁹: ꝛ ne longe sis ab eo: ne eas i obliuionē. Ne retineas ex equo loq̃ cū illo: ne credas multis uerb⁹ illius: Ex multa. n. loq̃la tentabit te: ꝛ sbridēs int rogabit te de abscōditis tuis: imitū aīm⁹ illi⁹ cōseruabit ẏba tua: ꝛ nō pcet ō malicia ꝛ ō uincul⁹. Aue tibi ꝛ attēde diligēť auditui tu o: qm̃ cū subuersione tua ābulas. Audiens vo ẏba illa q̃si in somnijs uide: ꝛ uigilabis. Qi uita tua dilige deū: ꝛ inuoca illū in salute tua. Oē aial diligit simile sibi: sic ꝛ oīs hō ꝓ ximū sibi. Qis caro ad silez sibi cōiunget: ꝛ oīs homo silī sui sociabit. Si cōicabit lup⁹ agno aliq̃ sic peccator iusto. Que cōicatio sco hōi ad canē: aut que ps bona diuiti ad pauperē? Venatio leōis onager in heremo: sic ꝛ pascua sūt diuitū paupes. Et sic abo miatio ē supbo humilitas: sic ꝛ execratio di uitis pauper. Diues cōmotus ꝓfundat ab a micis suis: humil⁹ āt cū cecideit expellet ꝛ a notis. Diuiti decepto multi recuperatores. Lo cut⁹ ē supba: ꝛ iustificauerūt illū. Humilis deceptus ē: isup ꝛ arguit. Locutus ē sensate ꝛ nō ē datus ei locus. Diues locut⁹ est: ꝛ oēs tacuerunt: ꝛ uerbū illius usz ad nubes pdu cēt. Paup locutus ē: ꝛ dicunt: Quis ē hic:

Et si offēderit subuertēt illū. Bōa ē sb̄a cui nō ē pcm̄ i cōscia: ⁊ nequissima pauptas i oī impy. Vor hōis imutat faciem illius siue i bona siue in mala. Vestigiū cordis boni et faciem bonam difficile inuenies ⁊ cū laboī.

¶.XIIII.

Beatus vir q̄ nō ē lapsus verbo ex ore suo: ⁊ ñ ē stimulat⁹ in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiaz: et non excidit ab spe sua. Viro cupido ⁊ tenaci siñ rōne ē sb̄a: ⁊ hōi iuuido ad quid auz? Qui congruat ex aio suo iniuste: alijs congregat: ⁊ in bonis illius alius luxuriabit. Qui sibi nequā est: cui alij bonus erit? Et ñ iocū dabit i bonis suis. Qui sibi inuidet: nihil ē illo nequius: et hec redditio ē malicie illius. Et si benefecerit: ignorant ⁊ nō uolēs facit: et in nouissimo manifestat malicia suam. Ne quā ē ocul⁹ inuidi ⁊ auertēs faciē suā: ⁊ despiciēs aiaz suā. Insatiabilis oculus cupidi i pte iniqtatis ⁊ nō satiabit: donec cōsumat arefaciens aiam suā. Ocul⁹ malus ad mala ⁊ nō satiabit pane: indigēs ⁊ i tristitia erit sup mensam suā. Fili si hēs benefac tecū: ⁊ deo dignas oblationes offer. Memor esto qm̄ mors nō tardat ⁊ testamētū iferorū: q̄ demonstratū ē tibi. Testamētū. n. huius mundi morte morieī. Añ mortē benefac amico tuo: ⁊ fm uires tuas exporrigēs da paupi. Nō defraudeis a die bono: ⁊ pticula bone diei non te ptereat. Nōne alijs reliques dolores ⁊ labores tuos? In diuisione sortī da ⁊ accipe: ⁊ iustifica aiam tuā. Añ obitū tuū opare iustitiā: qm̄ nō ē apud inferos inuenire cibū. Vis caro sicut fenū ueterascet: ⁊ sicut foliū fructificās in arbore uiridi. Alia generāt ⁊ alia deyciunt: sic generatio carnis ⁊ sāguinis alia finit: ⁊ alia nascit. Oē opus corruptibile in fine deficiet: ⁊ q̄ illud opat ibit cum illo. Et oē op⁹ electū iustificabit: ⁊ qui opatur illud honorabit in illo. Beat⁹ uir q̄ in sapia morabitur: ⁊ q̄ i iustitia sua meditabitur: ⁊ in sēsu cogitabit circūspectionē dei. Qui cogitat uias illius in corde suo ⁊ i absconsis suis itelligēs: uadēs p⁹ illā q̄si uestigator ⁊ in uijs illius consistēs. Qui respicit p fenestras illius ⁊ i iānis illi⁹ audiēs. Qui requiescit iuxta domum illius: ⁊ i parietib⁹ illius figēs palū. Statuet casulā suā ad manus illius: ⁊ requiescent in casula illi⁹ bona p euū. Statuet filios suos sub tegmine illius ⁊ sb̄ ramis eius morabitur. Protegetur sb̄ tegmine illius a feruore: ⁊ in gloria eius requiescet.

¶.XV.

Qui timet deū faciet illud: ⁊ qui continēs ē iustitie apprehēdet illā: ⁊ obuiabit illi quasi mater honorificata: ⁊ q̄si mulier a uirginitate suscipiet illū. Cibabit illum pane uite ⁊ intellect⁹: ⁊ aq̄ sapie salutari potabit illū. Et firmabit i illo ⁊ nō flectet: ⁊ p tinebit illū ⁊ nō cōfundet: ⁊ exaltabit illum apud p̄xīmos suos. Et i medio ecclie apiet os eius: ⁊ adimplebit eū sp̄u sapie ⁊ intellect⁹: ⁊ stola glie uestiet illū. Jocūditatē ⁊ exultationem thesauriçabit sup illū: ⁊ noīe eterno hereditabit illum. Noīes stulti nō app:ehendent illā: ⁊ hoīes sensati obuiabūt illi. Noīes stulti non uidebūt eā: longe. n. abest a supbia ⁊ dolo. Viri mēdaces nō erūt illi⁹ memores: ⁊ uiri ueraces inuenient in illa: ⁊ succesū habebunt usq; ad inspectionē dei. Nō ē spēciosa laus i ore pcōr: q: ñ ē a dño missus: qm̄ a deo p̄fecta ē sapia. Sapientie enim dei astabit laus: ⁊ i ore fideli abundabit: ⁊ dñator dabit eā illi. Nō dixeris: p deum abest: que. n. odit ne feceris. Nō dicas illi me umplanauit: nō. n. necessarij sūt ei homines ipy: Oē execramētū error⁹ odit dñs: ⁊ non erit amabile timentib⁹ eū. Deus ab initio cōstituit hoīem: ⁊ reliqt illū i manu consilij sui. Adiecit mandata ⁊ pcepta sua. Si uolueris mādata p̄seruare: p̄sernabūt te: ⁊ i ppetuū fidē placitā seruare. Apposuit tibi aquā ⁊ ignē: ad qō uolueris porrige manū tuā. Añ hoīem uita ⁊ mors bonū ⁊ malū. Qō placuerit ei dabitur illi: qm̄ mlta sapia dei ⁊ fortis i potētia: uidēs ōes sine itermissione. Oculi dñi ad timētes eū: ⁊ ipse agnoscit oem operā hōis. Nemini mādauit ipie agē ⁊ nemini dedit spatiū peccādi. Nō. n. p̄cupiscit mltitudinē filiorū ifideliū ⁊ iutilium.

¶.XVI.

Ne iocūderis i filijs ip̄ōs si mltiplicent: nec oblecteris sup ipsos si nō ē timor dei in illis. Nō credas uite illoz: ⁊ ne respexeris in labores eorū. Melior est enim un⁹ timēs deū: q̄ mille filij impy. Et utile ē mori sine filijs q̄ relinquē filios ipios. Ab uno sensato inhabitabitur patria: ⁊ a tribus impijs deseretur. Mlta talia uidit oculus meus: ⁊ fortiora horū audiuit auris mea. In synagoga peccantiū exardebit ignis ⁊ in gente incredibili exardescet ira. Non exoraue-runt pro peccatis suis antiqui gigantes: qui

destructi sūt cōfidētes sue uirtuti: ⁊ ñ pepcit pegrinatiōi illorū: ſz pcussit eos: ⁊ execrat' ē eos p̄ supbia ubi illorū. Nō mis'ē ill' gē tē totā pdēs ⁊ extollētē se i pcīs suis. Et sī cut sexcenta milia peditū q̄ congregati ſt i du ritia cordis sui: ⁊ si un' fuisset ceruicat' mi rū si fuisset ūnunis. Mia eim ⁊ ira ē cū illo potēs exoratio ⁊ effūdēs irā. Scōm miam suā: sic correctio illius: hoiem ſm opa sua iudicat. Nō effugiet i rapina pccor: ⁊ ñ itar dabit sufferentia miam faciētis. Dis mia fa ciet locū unicuiq; ſm meritum opez suoz ⁊ ſum intellectū peregrinationis ipſi'. Non dicas: A deo absconda: ⁊ ex sūmo q̄s mei memorabit: ⁊n pplo magno non agnoſcar. Que est eim anima mea in tam imensa cre atura: Ecce celū ⁊ celi celorū: abyssus ⁊ uni uersa terra ⁊ q̄ i eis sunt i ꝓspectu illi' cōmo uebunt: mōtes sil' ⁊ colles ⁊ fundamēta tre ⁊ cū ꝓspexerit illa de': tremore cōcutiētur. Et i oīb' his insensatū ē cor: ⁊ oe cor intell: ab illo: ⁊ uias illius q̄s intelligit: Et procella quā nec oculus uidit hōis: Nā plūma illius opa sunt in absconſis: ſz opa iustitie ei' q̄s enūciabit: aut quis ſustinebit: Lōge. n. est te stamētū a q̄busdā: ⁊ inꝛogatio hoium i cō sumatiōe est. Qui minor: aī corde cogitat in anta: ⁊ uir prudens ⁊ errans cogitat stulta. Audi me fili ⁊ disce disciplinam sēsus: ⁊ i v bis meis attēde i corde tuo: ⁊ dicā in eq̄tate disciplinā ⁊ scrutabor enarrare sapiam: ⁊ in verbis meis attēde i corde tuo: ⁊ dico in eq̄ tate ips: utures q̄s posuit de' in opa sua ab initio: ⁊ i uitate enūcio sciam ei'. Jn iudicio dei opa ipſi' ab initio: ⁊ ab ſtitutiōe hoiuz ipsoz distinxit ptes illoz ⁊ initia coz in gē tibus suis. Ornauit in etnū opa illoz: nec e surierūt nec laborauerūt: ⁊ no deſtitēt ab operibus suis. Unuſq̄ſq; pximū sibi nō an gustiabit usq; in eternum. Non sis incredi bilis uerbo illius. Post hec de' i ira; respe xit: ⁊ ipleuit illā bonis suis. Anima autem oīs uitalis denunciauit añ faciem ipsius: et in ipsa iterum reuersio illorū.

.XVII.

Deus creauit de terra hoiem: ⁊ ſz ima ginē suā fecit illū. Et iterū ꝓuertit illū in ipsam: ⁊ ſm se uestiuit illum uirtute. Nu mez diez ⁊ tps dedit illi: ⁊ dedit illi pfatem eoz q̄ sunt sup trā. Posuit timorē illius su p oēm carnem: ⁊ dnat' ē bestiarū ⁊ uolatili um. Creauit ex ipso adiutoriū sil'e sibi: con silium ⁊ linguam ⁊ oc'os ⁊ aures ⁊ coz ōdit illis excogitandi: ⁊ disciplina itellect' reple uit illos. Creauit illis sciam sps: sensu iple uit cor illorū: ⁊ mala ⁊ bona oñdit ill'. Po suit oc'm ipsoz super corda illoz oñdere illis magnalia opez suoz: ut nomē sāctificati onis collaudēt: ⁊ gl'iari in mirabilib' illius: ut magnalia enarrēt opum ei'. Addidit ill' disciplinā ⁊ legē uite hēditauit illos. Testa mētum etnum constituit cum illis: ⁊ iusti am ⁊ iudicia sua oñdit ill'. Et magnalia ho noris eius uidit oculus illorū: ⁊ [illegible] uocis audierūt aures illorū: ⁊ dixit ill': Ab tēdite ab oī iniq̄. Et mandauit ill': unicuiq; de primo suo. Uie illoz corā illo sūt semp: nō sunt absconſe ab ocul' ipsi'. Jn unāquā q̄s gentē ꝓposuit rectorē: ⁊ ps dei isr'l facta ē manifesta. Et oīa opa illoz uelut sol in cō spectu dei: ⁊ oculi ei' sine intermiſſione ispicie tes i uias coz. Nō sūt abscōsa testamēta pp ter iniq̄tatē illoz: ⁊ oēs iniq̄tates coz i con spectu dei. Elemosyna uiri q̄si sacculus cuz ipso: ⁊ gr̄iam hōis q̄si pupillā cōseruabit: et postea resurget ⁊ retribuet illis retributōez unicuiq; i caput ipsoz: ⁊ cōuertet i inferio res ptes trē. Penitentib' āt ōdit uiā iustitie ⁊ confirmauit deficiētes sustinē: ⁊ ōstinauit ill' sortē ueritat'. Conuertē ad dñm et reliq̄ pcā tua: ꝓcare añ faciē dñi: ⁊ mīnue offēdi cula. Reuertē ad dñm: ⁊ auertē ab iniustitia tua ⁊ nimis audito execrationē: ⁊ cognosce iustitias ⁊ iudicia dei: ⁊ sta i sorte ꝓpositōis ⁊ oīonis altissimi dei. Jn ptes uade secū sēi cum uiuis ⁊ dantib' ꝓfessionē deo. Non de moreris i errore ipsoz: añ mortē ꝓfitere. A mortuo q̄si nihil perit ꝓfessio. Confitebis ui uēs: uiuus ⁊ sanus cōfiteberis ⁊ laudab' de um: ⁊ gl'ificabe'ris in miserationib' ei'. Quā magna misericordia dñi: ⁊ ppitiatio illi' puer tentib' ad se. Nec eim oīa pñt cē in hōinib': qm̄ nō ē imortal' filius hōis: ⁊ i uanitate ma licie placuerūt. Quid lucidi' sole: Et hic ō ficiet. Aut quid nequius q̄ qō excogitauit caro ⁊ sanguis: Et hoc arguet. Uirtutē altī tudinis celi ipse cōspicit: ⁊ oēs homines ter ra ⁊ cinis.

.XVIII.

Qui uiuit in eternū: creauit oīa sil'. De us solus iustificabitur: ⁊ manet inuict' rex in eternū. Quis sufficiet enarrare ope ra illius: Quis enim inuestigabit magnalia eius: Uirtutem autem magnitudinis eius

confessio

quis enũciabit? Et ꝗs adꝺiciet enarrare miaz eꝝ. Non ē minuē neqꝫ adꝺicē: nec eſt iuenire magnalia dei. Cū cōſūmauerit hō tūc icipiet: ⁊ cū ꝺeuerit: opabit. Quid eſt hō? ⁊ que ḡia illius: ⁊ ꝗd ē bonū aut ꝗd neꝝ illi? Numer⁹ dierū hoīum ut multū centum āni ꝙſi gutte aque maris deputati ſūt. Et ſicut calculus arene: ſic exigui āni in die euī. Propt̄ hoc patiēs ē de⁹ i illū: ⁊ effudit ſup eos miam ſuam. Vidit p̄ſūptionē cordis eorū: qm̄ mala ē: ⁊ cognouit ſubuerſionē illoꝝ: qm̄ neqꝫ eſt. Iuſtꝰ adipleuit propitiationē ſuam i illis ⁊ oñdit eis uiam eqtatis. Miſatio hōis circa pximū ſuū: mia āt dei ſup oēm carnem. Qui miaz hz: docet ⁊ erudit ꝙſi paſtor gregem ſuum. Miſereat excipiēs doctrinā miſeratiōis: ⁊ ꝗ feſtinat i iudicijs eꝝ. Fili i hōis non des ḡrelam: ⁊ i ōi dato nō des triſtitiā uerbi mali. Nōne ardorē refrigerabit ros? Sic ⁊ uerbū meli⁹ q̄ datū. Nonne ecce vbū ſup datum bonum? Sed utraqꝫ cū hoīe iuſtificato. Stulꝰ acrit̄ iproperabit: ⁊ datꝰ in diſciplinati tabeſcere faē oculos. Añ iudicium para iuſtitiam tibi: ⁊ añq̄ loqris: diſce. Añ languorē adhibe medicinam: ⁊ añ iudiciū introga te ipſum: ⁊ i cōſpectu dei iueies ꝓpitiatiouē. Ante languorē hūilia te: ⁊ i tēpore infirmitatis oñde cōuerſationē tuam. Nō ipediaris orare ſēp: ⁊ ne ueteris uſz ad mortē iuſtificari: qm̄ merces dei manet i eternum. Ante oīonem p̄para aiam tuaz: ⁊ noli eē ꝙſi hō qui tentat deū. Meñto ire i die cōſumatiōis: ⁊ tps retributiōis i cōuerſatiōe facies. Memento pauptatis i tpe abundātie: ⁊ neceſſitatē pauptatis i die diuitiaꝝ. A mane uſqꝫ ad ueſpam imutabit̄ tp̄us: ⁊ hec oia citata i oculis dei. Nō ſapiēs i oībus metuit: ⁊ in dieb⁹ delictoꝝ attēdet ab iertia. Vir aſtutꝰ agnoſcit ſapiam ⁊ iuēiēti eā dabit ꝓfessionē. Senſati i verbis ⁊ ipſi ſapient egerūt: ⁊ intellexerūt vitatē ⁊ iuſtitiā: ⁊ iplorauerūt puerbia ⁊ iudicia. Poſt cōcupiſcentias tuas ñ eas: ⁊ a uolūtate tua auertē. Si p̄ſtes aie tue ꝓcupiſcētias eiꝰ: faciet te i gaudiū īmicis tuis. Ne oblecter⁊ i turbis: nec i modicis. Aſſidua eim ē cōmiſſio illorū. Ne fueris mediocris in cōtentione ex fenore:: ⁊ non ē tibi nihil i ſeculo. Eris enim inuidꝰ aie tue.

¶.XIX.

Operarius ebrioſus nō locupletabit̄: ⁊ ꝗ ſpnit modica: paulatī decidit. Viuz ⁊ mlieres apoſtatare faciūt ſapiētes: ⁊ arguunt ſenſatos: ⁊ ꝗ ſe iūgit fornicarijs: erit ne quā. Putredo ⁊ uermes hēditabunt illū: ⁊ extollet i exēplū maꝝ: ⁊ tollet ō numero aīa eius. Qui credit cito: leuis corde ē ⁊ miora bit̄: ⁊ qui delinqt i aiam ſuā: iſup hēbitur. Qui gaudet iniqtate: ōnotabit̄: et ꝗ odit cō reptionē: minuet uita: ⁊ ꝗ odit loqcitatē extinguit maliciam. Qui peccat i aiam ſuaz: penitebit: et ꝗ iocundat i malicia: ōnotabit̄. Ne iteres uerbū nequā ⁊ durū: ⁊ nō mio: aberis. Amico ⁊ inimico noli narrare ſenſū: tuū: ⁊ ſi ē tibi delictū noli ōnudare. Audiet .n. te ⁊ cuſtodiet te: ⁊ q̄ſi defendēs peccatuz odiet te: et ſic aderit tibi ſēp. Audiſti uerbū aduerſus pximū tuū: commoriat̄ i te: fidēs qm̄ nō te dirūpet. A facie uerbi parturit fatuus tanq̄ gemit⁹ part⁹ infantis. Sagitta i fixa femori canis: ſic uerbū i cōde ſtulti. Cōripe amicū: ne forte nō itellexerit ⁊ dicat: nō feci: aut ſi fecerit: ne itez addat facē. Cōripe pximū: ne forte nō dixerit: ⁊ ſi dixerit: ne ſō te iteret. Corripe amicū: ſepe.n. fit ꝓmiſſio: ⁊ nō oī uerbo credas. Eſt ꝗ labit̄ lingua ſua ſz nō ex aio. Quis ē eim ꝗ ñ deliq̄rit i ligua ſua? Corripe pximum anteq̄ ꝓminer⁊: ⁊ da locum timori altiſſimi: q: ōnis ſapia timor dei. Et i illa timē deū: ⁊ i oī ſapia diſpoſitio legis. Et non ē ſapia neqtie diſciplina: et nō ē cogitatus bon⁹ pcorū prudētia. Eſt prudētie neqtia ⁊ i ipſa execratio: et ē inſipiēs ꝗ minuit ſapia. Melior ē hō ꝗ minuit ſapia: et deficiēs ſēſu i timore dei: q̄ ꝗ abūdat ſenſu ⁊ trāſgredit legē altiſſimi. Eſt ſolertia certa et ipſa iniq̄: et ē ꝗ emittit uerbuz certum enarrās vitatem. Eſt ꝗ neqter hūiliat ſe: et intiora eiꝰ plena ſūt dolo: et ē iuſtꝰ ꝗ ſe nimi uz ſbmittit a mlta hūilitate: ⁊ ē iuſtꝰ ꝗ icliat faciē ſuam: ⁊ fingit ñ uidē ſe qō ignoratū ē. Et ſi ab ibecillitate niriū vetet peccare: ſi in uenerit tempus male faciendi male faciet. Ex uiſu cognoſcitur uir: et ab occūſu faciei cognoſcitur ſenſat⁹. Amict⁹ corpor⁊ ⁊ riſus dentiū et igreſſus hōis enūciant de illo. Eſt correptio mēdax in ira cōtumelioſi: et eſt iudiciū qō non pbatur eē bonū: ⁊ eſt tacens: ⁊ ipſe ē prudens.

¶.XX.

Quam bonū ē arguē q̄ iraſci: et confitē tem in oīone non p̄hibere. Concupia ſpadonis deuirginauit iuuenculam: ſic qui facit per uim iudicium iiquuz. Quā bonū

ē correptū mālfestare pñiam: sic eīm effugies voluntariū pccm. Est tacēs q̄ iueniť sapiēs: ⁊ ē odibilis q̄ pcax ē ad loquēdū. Est ăt tacēs ⁊ ñ hñs sēsū loq̄le ⁊ ē tacēs sciēs tp̄us apti tp̄is. Homo sapiēs tacebit usq; ad tp̄s: lasciu⁹ ăt ⁊ iprudens ñ ſuabit tp̄s. Qui mltis utiť uerbis: ledet aiaz ſuā: ⁊ q̄ p̄atem sibi sumit iniuste odiet. Est pcessio in mal'uiro indisciplinato: ⁊ ē inuētio i detrimētum. Est datum q̄ nō ē utile: ⁊ ē datū cui⁹ retributio duplex. Est ꝓpter gl̄iam minoratio: ⁊ ē q̄ ab humilitate leuabit caput. Est q̄ mltra redimat modico p̄cio: ⁊ restituēs ea i septuplū. Sapiēs in verb̄ seipsū amabilem facit: gr̄ie ăt fatuorū effūdent. Dat⁹ isipiētis ñ erit utilis ť: oculi eīm illi⁹ septēplices sunt. Exigua dabit ⁊ mltra ipropabit: ⁊ aptio oř illi⁹ inflāmatio ē. Hodie fenerat q̄s ⁊ cras expetit: ⁊ odibil' ē hō huiusmōi. Fatuo non erit amic⁹: ⁊ ñ erit gr̄ia i bonis illi⁹. Qui.n. edūt panē illi⁹ falsę lingue sunt. Quotiēs ⁊ quāti irrideb̄t eū: Neq; eīm q̄ hñdum erat: directo sēsu distribuit sil'r ⁊ q̄ nō erat hñdū. Lapsus falsę lingue q̄i q̄ i pauim̄to cadens: sic casus malorū festinat ueniēt. Hō acharī q̄si fabl'a vana: ⁊ i ore idisciplinato ꝛ assidua erit. Ex ore fatui reꝛobabit pabola: nō.n. dicit illam'li tp̄e suo. Est q̄ vetat peccare pie inopia: ⁊ i rede sua stimulabit. Est q̄ perdet aiam suā p̄ ꝓfusiōe: ⁊ ab iprudēti pſona ꝓdet eā: pſone aūt acceptiōe pdet se. Est q̄ p̄ cōfusiōe ꝓmittit amico: ⁊ lucrat⁹ ē eū inimicum gratis. Opꝛobriū nequā i hoie mendaciū: ⁊ i ore idisciplinatorū assidue erit. Potior fur q̄ assiduitas uiri mendacis: pditionē ăt ambo hēditabūt. Mores hoīum mēdaciū sine honore: ⁊ ꝓfusio illoꝛ cū ipsis sñ intermissiōe. Sapiēs i vbis pducet scipsuz: ⁊ hō prudēs placebit magnatis. Qui opat⁹ tram suā: ialtabit a ceruū frugū: ⁊ q̄ opat⁹ iustitiā ipse exaltabit: q̄ vo placet magnat⁹: effugiet ūq̄tē. Xenia ⁊ doa excecāt oc'los iudicū: ⁊ q̄si mut⁹ i ore auertit correctiōes eoꝛ. Sapiētia abscōsa ⁊ thesaur⁹ inuisus: q̄ utilitas i utrisq;? Melior ē q̄ celat insipiētiā suam: q̄ hō q̄ abscōdit sapiam suam.

C.XXI.

Fili peccasti: nō adūcias iterū: sed ⁊ de pristinis dēpcare ut ē dimittāt. Quasi a facie colubri fuge pcā: ⁊ si accesseris ad illa suscipiēt te. Dentes leonis dētes ei⁹: iter

ficiētes aīas hoīuz. Quasi rūphea bis acuta hōis iūqtas: plage illi⁹ ñ ē sanitas. Obiurgatio ⁊ iurie ānullabūt sb'am: ⁊ dom⁹ que nimis locuplex ē ānullabit supbia sic sb'a superbi eradicabit. Depcatio paupis ex oī usq; ad aures pueniet: ⁊ iudiciū festinato adueniet illi. Qui odit correptiōem uestigiuz ē pccoris: ⁊ timet deū cōuertet ad cor: suu. Not⁹ a longe potēs lingua audaci: ⁊ sensat⁹ scit labi se ab ipso. Qui edificat domū suā in pendūs alienis: q̄si q̄ colligit lapides suos i hyeme. Stuppa collecta synagoga peccatiū: ⁊ ꝓfumatio illorū flāma ignis. Via peccantiū cōplātata lapidib⁹: ⁊ i fine illoꝝ inferi ⁊ tenebre ⁊ pene. Qui custodierit iustitiā ptinebit sensum eius ꝓfumatio timoris dei sapia ⁊ sensus. Non erudiet: q̄ nō ē sapiens i bono. Est ăt isipiētia q̄ abūdat i malo: ⁊ ñ ē sensus: ubi est amaritudo. Scia sapientis tanq̄ iundatio abūdabit: ⁊ cōsiliū illius sic fons uite permanet. Cor fatui q̄si uas ꝓfractū: ⁊ oēm sapiam nō tenebit. Verbū sapiēs q̄cūq; audierit scius laudabit: ⁊ ad se adūciet: audiuit luxuriosus ⁊ displicebit illi: ⁊ p̄ ūciet illud p⁹ dorsū suū. Narratio fatui q̄si sarcina in uia: nā i labūs sensati iueniet gr̄ia. Os prudentis q̄rit i eccl'ia: ⁊ verba illi⁹ cogitabunt i cordib⁹ suis. Tanq̄ dom⁹ eximinata sic fatuo sapia: ⁊ scia insensati ienarrabilia verba. Cōpedes i pedib⁹ doctrina stulto: ⁊ q̄si uincula manuū sup manū dextrā. Fatuus in risu exaltat uocē suā: uir ăt sapiens uix tacite ridebit. Ornamētū aureū prudēti doctria: ⁊ q̄si brachiale i brachio dextro. Pes fatui facilis ī domū primi: ⁊ hō peritꝰ confundet⁹ a pſona potenti. Stult⁹ a fenestra respiciet i domū: uir ăt erudit⁹ foris stabit. Stultitia hōis auscultare p hostiū: ⁊ prudēs grauabit contumelia. Labia iprudētiū stulta narrabūt: vba ăt prudētiū statera pōderabūt. In ore fatuoꝝ cor illoꝝ: ⁊ i corde sapiētū os illoꝝ. Pū maledicit impius diabolū: maledicit ipse aiam suā. Susurro coinquabit aiam suā ⁊ in oīb⁹ odiet: ⁊ q̄ pmāserit: odiosus erit: tacitus ⁊ sensatus honorabitur.

C.XXII.

Et lapide luteo lapidat⁹ ē piger ⁊ ōnes loquēt sup aspnatione illius. De stercore boū lapidat⁹ ē piger: ⁊ oīs q̄ tetigerit eum: excutiet man⁹. Cofusio p̄is ē de filio indisciplinato: filia ăt fatua in ōminoratione

fiet. Filia prudēs hēditas uiro suo: nā q̄ confundit i ꝓtumeliā fit genitoris. Pñez ⁊ virū cōfūdit audax: ⁊ ab ipīs nō miorabit: ab vtrisq; aūt inhonorabit. Musica i luctu importuna narratio: flagella ⁊ doctria i ōi tpe sapia. Qui docet fatuū: q̄si q̄ ꝯglutiat testā. Qui narrat uerbū ñ audiēti: q̄si qui excitat dormiētem ò graui sōno. Cū dormiēte loq̄tur q̄ enarrat stulto sapiam: ⁊ i fine narrationis dic. Quis ē hic? Supra mortuuz plora: defec.n. lux ei⁹: ⁊ supra fatuū plora: defecit.n. sēsa. Modicū plōa supra mōtuū: qm̄ requieuit. Neq̄ssimi eim neq̄ssima uita sup mortē fatui. Luct⁹ mortui septē dies: fatui āt ⁊ ipij ōes dies uite illoz. Cū stulto ne mltū loq̄ris: ⁊ cū insensato ne abieris. Serua te ab illo: ut nō molestiā hēas: ⁊ nō coiq̄nabe ris i pcō illi⁹. Deflecte ab illo: ⁊ inuēies req̄em: ⁊ ñ accidiaberis i stultitia illi⁹. Sup plū bū q̄d grauabitur? Et qd illi aliud nomē q̄ fatu⁹. Arenā ⁊ salē ⁊ massaz ferri facili⁹ est ferre: q̄ hoiem imprudētē ⁊ fatuū ⁊ impiū. Sic lozaītū ligneū colligatū fūdamēto edificij nō dissoluet: sic ⁊ cor ꝓfirmatū i cogitatiōe cōsilij. Cogitat⁹ sensati i ōi tpe ul'metu nō deprauabit. Sic ōnat⁹ arenosus i pariete lympido: ⁊ sic palee i excelsis: ⁊ cemēta sine ipensa posita ꝓtra faciē uēti ñ pmāebūt: sic ⁊ cor timidū in cogitatiōe stulti ꝓtra ipetū timoris nō resistet: sic et cor trepidū i cogitatōe fatui: ōi tpe nō metuet: sz ⁊ qui i preceptis dei pmanet sēp. Pūgens oc'm deduc lachrymas: ⁊ qui pūgit cor: pfert sensum. Mittēs lapidē i uolatilia ꝺȳciet illa: sic ⁊ q̄ conuiciat amico: dissoluit amicicia. Si amicū ⁊ si pduxeris gladiū ñ despes: ē eiz ingressus ad amicū. Si parauerit os tristet: non timeas. Est eim recordatio: excepto ꝓuicio ⁊ ipropērio ⁊ supbia ⁊ mysterij reuelatiōe et plaga dolosa. In his ōib⁹ effugiet amic⁹. Si dē possides cū amico i pauptate illi⁹ ut ⁊ in bonis illi⁹ leteris. In tpe tribl'atiōis illi⁹ permane illi fidel': ut ⁊ i hēditate illi⁹ cohēs sis. Añ ignē camini uapoz et fum⁹ ignis ialtat: sic ⁊ añ sāguinē maledicta ⁊ cōtumelie ⁊ mine. Amicū salutare nō cōfūdaris. Si facie illi⁹ non me abscōdā: ⁊ si mala mihi euenerit p illū: sustinebo. Qis qui audiet: cauebit se ab eo. Quis dabit ori meo custodiam: ⁊ super labia mea signac'm certum: ut nō cadā in ipsis: ⁊ lingua mea pdat me?

¶ .XXIII.

Domine pī et dñator uite mee ne dēliqs me in cogitatu ⁊ cōsilio eorū: nec sinas me cadē in illa exprobratōe. Quis ponit i cogitatu meo flagella ⁊ i corde meo doctrinā sapie: ut ignatiōib⁹ eorum nō pcat mihi: ⁊ nō appareāt delicta eoz: ⁊ ne adcrescāt ignantie mee: ⁊ mltiplicēt delicta mea: ⁊ pcā mea abūdēt: ⁊ incidā i cōspectu aduersarioz meorum: ⁊ gaudeat ūmic⁹ me⁹: Dñe pī ⁊ de⁹ uite mee ne dēliqs me in cogitatu illorū. Extollētiā oc'lorū meoz ne dederis mihi: ⁊ cōe desideriū auerte a me. Aufer a me uētris cōcupiscētias: ⁊ ꝓcubit⁹ ꝓcupiscētie ne apphendāt me: ⁊ aie irreuerēti ⁊ infrunite ne tradas me. Doctrinā oris audite filij: et qui custodierit illā: nō periet labīs suis: nec scandaliçabitur i opib⁹ neq̄ssimis. In uanitate sua apphēdit pcōr: ⁊ supbus et maledic⁹ scādaliçabitur i ill. Juratiōi nō assuescat os tuū: multi cim casus i illa. Mo miatio vo dei ñ sit assidua in ore tuo: ⁊ nōi b⁹ sōrum nō admiscearis: qm̄ nō eris imunis ab eis. Sic.n. seru⁹ interrogat⁹ assidue: a liuore nō minuit: sic ōis iurās ⁊ noians i toto a pcō nō purgabit. Vir multū iurās i plebit iniq̄tate: et nō discedet a domo illius plaga. Et si frustrauerit fīcm: delictū illius sup ipsū erit: ⁊ si dissimulauerit: delinq̄t duplicit: et si i uacuū iurauerit nō iustificabit. Replebit eim retributōe domus illi⁹. Est et alia loq̄la ꝓtraria morti: nō iueniat in hereditate iacob. Ateim a misērico: dib⁹ oia hec auferēt: ⁊ i delictī nō voluptabūt. Indisci plinose loq̄le non assuescat os tuū: ē eim i illa uerbum pcī. Memento pīs et mātis tue: in medio.n. magnatoruz consistis: ne forte obliuiscat te de⁹ i ꝓspectu illoz: et assiduita te tua insatuat⁹ imperiū patiaris: ⁊ maluisses nō nasci: ⁊ die natiuitatis tue maledicas. Homo assuet⁹ in vbis imperū: ⁊ in ōib⁹ dieb⁹ suis nō erudietur. Duo genera abundāt i pcīs: ⁊ ttiū adducit irā ⁊ pditionē. Calia calida q̄si ignis ardēs nō extinguet: donec aliq̄d glutiat: ⁊ hō nequā i ore carnis sue non desinet: donec incendat ignem. Hōi fornicario omnis panis dulcis: non fatigabitur trāsgrediens usz ad finem. Qis hō q̄ transgreditur lectum suum cōtēnēs i aiam suam ⁊ dicēs: q̄s me uidet: tenebre circūdāt me: ⁊ parietes coopiunt me: ⁊ nemo circunspicit me quem uereor: delictorū meoruz ñ memorabitur altissim⁹: et non itellexit qm̄

oia uidet oculus illi⁹: qm̃ expellit a se timorem dei huiusmõi hõis timor: ⁊ occi hõiuz timẽtes illũ: ⁊ ñ cognouit: qm̃ occi dñi multo plus lucidiores sũt sup solẽ: circunspiciẽtes õnes uias hoium ⁊ pfũdũ abyssi ⁊ hoiuz corda: intuẽtes i abscoditas ptes. Dño eim deo añq̃ creatẽ oia sũt agnita: sic ⁊ p̃ pfectũ respicit oia. Hic in plateis ciuitatis uidicabit: ⁊ q̃si pull⁹ eqn⁹ fugabit: ⁊ ubi nõ sperauit apphẽdet. Et erit dedec⁹ õib⁹: eo q̃ ñ intellexerit timorẽ dñi. Sic et mlier õis relicta quẽs uirũ suũ: ⁊ statuẽs hereditatẽ ex aliẽo mãimonio. Primo eim in lege altissimi icredibil' fuit: ⁊ so uirum suũ derelict: sic adulterio fornicata est: ⁊ ex alio uiro filios statuit sibi. Hec in eccliam adducet: ⁊ in filios ei⁹ respiciet. Nõ tradẽt filij ei⁹ radices: ⁊ rami ei⁹ nõ dabũt fructũ. Dẽliquẽt i maledictũ memoriam eius: ⁊ dedec⁹ illi⁹ nõ delebit. Et agnoscẽt q̃ derelicti sũt qm̃ nihil melius ẽ q̃ timor dei: et nihil dulci⁹ q̃ respicẽ i mãdatis dñi. Gloria magna ẽ seq̃ dñm: logitudo enim dierũ assumetur ab eo.

C.XXIIII.

Sapiẽtia laudabit aiaz suã: ⁊ i deo honorabitur: ⁊ i medio ppli sui gliabit: ⁊ i ecclia altissimi apiet os suũ: ⁊ i spectu uirtutis illi⁹ gliabit: ⁊ i medio ppli sui exaltabitur: ⁊ i plẽitudine scã admirabit: ⁊ i mltitudine electorũ hẽbit laudẽ: ⁊ it bñdictos bñdicet dicẽs: Ego ex ore altissimi pdiui p̃mogenita añ oẽm creaturam. Ego feci i cel' ut oriret lumẽ ideficiens: ⁊ sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis hitaui: et thronus meus in colũna nubis. Gyruz celi circuiui sola: ⁊ pfundũ abyssi penetraui: et in fluctib⁹ mar' ãbulaui: et i oi tra steti. Et in oi pplo et in oi gente pmatũ hũi: et oium excellẽtiũ ⁊ hũiliũ corda uirtute calcaui. Et i his oib⁹ requez q̃sui: et i hereditate dñi morabor. Tũc pcepit ⁊ dixit mihi creatõ õiuz ⁊ q̃ creauit me requeuit i tabnaculo meo: ⁊ dixit mihi: In iacob inhabita ⁊ in israel hereditate: ⁊ in electis meis mitte radices. Ab iitio et añ secula creata sum: ⁊ usqz ad futuz secl'm non desinã: ⁊ in hitatiõe scã coram ipo ministraui. Et sic in syon firmata sum et in ciuitate sctificata similiter requeui: et in irl'z potestas mea. Et radicaui i pplo honorificato: et in ptes dei mei hereditas illius: ⁊ in plenitudine sanctoz detẽtio mea. Quasi cedrus exaltata sũ i libano: et q̃si cypressus i monte syon. Quasi palma exaltata sũ in cades: ⁊ q̃si plãtatio rose i hiericho. Quasi oliua speciosa i campis: ⁊ q̃si platan⁹ exaltata sum iuxta aquã i plateis. Sicẽ cynnamomũ ⁊ balsamũ aromatizãs odorẽ dedi. Quasi myrrha electa dedi suauitatẽ ododoris: ⁊ q̃si storax ⁊ galban⁹ et ungula et gutta. Quasi liban⁹ nõ icisus uaporaui hitatiõem meaz: ⁊ q̃si balsamũ nõ mixtũ odor meꝰ. Ego q̃si terebinth⁹ extẽdi ramos meos: et rami mei honoris ⁊ gẽe. Ego q̃si uitis fructificaui suauitatez odoris: ⁊ flores mei fruct⁹ honoris et honestatis. Ego mr̃ pulchre dilectiõis et timoris et agnitiõis et sce spei. In me gza õis uie et ueritatis: i me õnis spes uite et virtutis. Trãsite ad me oes q̃ concupiscitis me: et a generatiõib⁹ meis iplemi. Spũs eim meꝰ super mel dulce: ⁊ hereditas mea sup mel ⁊ fauũ. Memoria mea i generatiõe seculorũ. Qui edũt me adhuc esuriẽt: ⁊ q̃ bibũt me adhuc sitient. Qui audit me nõ pfũdet: et q̃ operant in me nõ peccabũt. Qui elucidãt me uitam eẽnã hẽbunt. Hec oia liber uite ⁊ testamẽti altissimi ⁊ agnitio ritatis. Legez mandauit moyses i pceptis iustitiaz: ⁊ hereditatẽ domui iacob et isrl' promissiones. Posuit dauid puero suo excitare regẽ ex ipso fortissimuz: et i throno honoris sedẽtẽ i sẽpiternũ. Qui implet q̃si phison sapiam: et sicẽ tigris i diebus nouorũ. Qui adiplet q̃si euphrates sensuz. Qui mltiplicat q̃si iordanis in tpe messis. Qui mittit disciplinã sicẽ lucẽ: et assistẽs q̃si gyon i die uindemie. Qui pricẽ pm⁹ scire illã: et infirmior nõ uestigabit eã. A mari .n. abundabit cogitatio ei⁹: et psiliũ illi⁹ i abyssũ magna. Ego sapia effudi flumia: ego q̃si trames aq̃ imẽse de fluuio. Ego q̃si fluui⁹ doctr⁹ ⁊ sicut aq̃ductꝰ exiui de padiso. Dixi: Rigabo hortũ plãtationũ: et icbriabo partẽ mei fructũ. Et ecce est mihi trames abundãs: ⁊ fluuius meus appropinq̃uit ad mare. Qm̃ doctrinã q̃si añ lucanũ illumio õib⁹: et enarrabo illã usq; i logumquũ. Penetrabo inferiores partes terre: et ispiciam ões dormientes: et illumiabo ões spantes i dño. Adhuc doctrinã q̃si pphetiã effũdã: et relinquã illã querentib⁹ sapientiam: et non desinã i pgẽies illorũ usq; i euũ sanctum. Videte qm̃ nõ soli mihi laborani sz õib⁹ exqrentib⁹ vitatẽ.

ZZZ
224

In trib⁹ placitū ē ſpui meo: ¶.XXV. que ſūt pbata corā deo ⁊ hoīb⁹. Concordia frm et amor pximoꝝ: et uir et mulier ſibi bñ ꝓſentientes. Tres ſpes odiuit aia mea: ⁊ aggrauor ualde aie illoꝝ. Pauperē ſuperbū et diuitē mendacē: et ſenē fatuum et inſenſatū. Quē iuuentute tua non ꝓgregaſti: quō in ſenectute tua inuenies? Quā ſpeciosum caniciē iudiciū: et pſbās cogſcē conſiliū. Quā ſpecioſa uetanis ſapia: et gl'oſus intellect⁹ ⁊ cōſiliū. Corona ſenū multa peritia: ⁊ glia illorū timor dei. Noue iſuſpicabilia cordis magnificaui: et decimū dicā i lingua hoīb⁹. Nō qui iocūdat i filijs uiuēs: et uidens ſubuerſionē ūmicorū ſuoꝝ. Beat⁹ q̄ hītat cū muliere ſenſata: et qui lingua ſua ñ eſt lapſus: et qui ñ ſeruiuit indignis ſe. Beat⁹ q̄ inuenit amicū uerꝝ: et q̄ enarrat iuſtitiā auri audienti. Quā magn⁹ qui inuenit ſapiam ⁊ ſciam: ſed nō ē ſup timētē dñz. Timō dei ſup oīa ſe ſuppoſuit. Beat⁹ hō cui donatū ē hīc timorem dei. Qui tz illum: cui aſſīlabitur? Timō dei initiū dilectiōis eius: fidei āt initiuz agglutinādū ē ei. Ois plaga triſtitia cordis ē: ⁊ ois malicia neq̄tia mulieris. Et oēm plagā ⁊ ñ plagā uidebit cordis: ⁊ oēm neq̄tiā et nō neq̄tiā mulieris ⁊ oēz obductū et nō obductū odiētiū: ⁊ oēm uidictā et nō uidictā ūmicorū. Nō ē caput neq⁹ ſup caput colubri: ⁊ ñ ē ira ſup irā mulieri. Cōmorari leoni et draconi placebit: q̄ hītare cuz muliē neq̄. Neq̄tia mulieris imutat faciem ei⁹: et obcecauit uultū ſuū tanq̄ urſus ⁊ q̄ſi ſaccuz oñdet in medio pximoꝝ. Ingemuit uir ei⁹: ⁊ audiēs ſuſpirauit modicū. Breuis ois malicia ſup maliciā mulieris: ſors pcōrū cadat ſup illam. Aſcēſus arenoſus in pedib⁹ ueterani: ſic mlier linguata hōi q̄eto. Ne reſpicias in mulieris ſpem: ⁊ nō ꝓcupiſcas mulierem in ſpe. Mulieris ira ⁊ irreuerentia ⁊ cōfuſio magna. Mlier ſi ꝑmatū hēat: contraria ē uiro ſuo. Cor humile ⁊ facies triſtis ⁊ plaga mortis mulier nequam. Manus debiles ⁊ genua diſſoluta: mlier q̄ non beatificat uirum ſuuz. A muliere initium factum ē peccati: ⁊ per illā omnes morimur. Non des aque tue exitum nec modicum: nec mulieri nequā uenam prodeundi. Si non ābulauerit ad manuz tuam: confūdet te in conſpectu inimicorum. A carnib⁹ tuis abſcide illam: ne ſemper te aburatur.

¶.XXVI.

Mulieris bone beat⁹ uir: numer⁹ enim ānoꝝ illoꝝ duplex. Mulier fort⁹ oblectat uirum ſuum: ⁊ ānos uite illius implebit in pace. Pars bona mulier bona: i pte timētiū deū dabit uiro ꝑ fēis bonis. Diuitis ār ex pauperis cor bonū: i ōi tpe uultus illorū hilaris. A tribus timuit cor meū: et i q̄rto facies mea metuit. Delatura ciuitatis et collectionē ppli: ⁊ calūniam ītacez: ſuper mortē oia grauia. Dolor cordis et luctus: mulier ẓelotipa. Ⓢn muliere ẓelotipa flagellum lingue: oīb⁹ cōicās. Sic bonū iugum qō mouet: ita ⁊ mulier nequā. Qui tz illam: q̄i q̄ apphēdit ſcorpionē. Mulier ebriosa ira magna: ⁊ ꝓtumelia ⁊ turpitudo illi⁹ ñ teget: Fornicatio mulieris i extollētia oculoꝝ: ⁊ in palpebris illi⁹ agnoſcet. Ⓢn filia nō aduertē te ſe: firma cuſtodiā: ne iuenta occaſiōe abutatur ſe. Ab oī irreuerētia oculorū ei⁹ cauе ⁊ ne mireris ſi te neglexerit. Sic uiatō ſitiēs ad fontez os apiet: ⁊ ab oī aqua ꝓxia bibet ⁊ ꝓtra oēm palū ſedebit: ⁊ cōtra oēz ſagittā apiet pharetrā: donec deficiat. Ⓢia mulieris ſedule delectabit uirū ſuum: ⁊ oſſa illi⁹ ipinguabit. Diſciplia illi⁹ datū dei ē. Mulier ſē ſata ⁊ tacita nō ē imutatio erudite aie. Ⓢia ſup gram mulier ſēa et pudorata. Dis aūt ponderatio nō ē digna continentis aie. Sic ſol oriēs mūdo i altiſſimis dei: ſic mulieres bone ſpes i ornamētū dom⁹ eius. Lucerna ſplendēs ſup cādelabrū ſcum et ſpes facies ſup etatē ſtabilē. Columne auree ſup baſes argenteas: ⁊ pedes firmi ſup plantas ſtabilis mulieris. Fūdamēta eīna ſupra petrā ſolidam: ſic mādata dei i corde mulieris ſancte.

Ⓢn duob⁹ cōtriſtatus ē cor meū: ⁊ in trio iracundia mihi aduenit. Vir bellatō deficiēs ꝓ inopiā ⁊ uir ꝓtēpt⁹: ⁊ q̄ trāſgredit a iuſtitia ad pcm: de⁹ pauit eū ad rūpheā. Que ſpes difficiles ⁊ periculoſe mihi apparuerūt. Difficile exuit negocias a negligētia ⁊ non iuſtificabitur caupo a pcīs labiorum.

¶.XXVII.

Propt inopiā multi deliq̄runt: ⁊ qui q̄rit locupletari auertit oc'm ſuum. Sicut i medio cōpaginis lapidū palus figitur: ſic ⁊ inter medium uenditionis ⁊ emptionis anguſtiabitur pcīs. Conteretur cum delinquente delictum. Si nō in timore dñi tenueris te inſtanter: cito ſubuertet domus tua. Sic i ꝑcuſſura cribri īmæbit puluis: ſic aporia homis in cogitatu illius. Vaſa figuli

pbat fornax: ⁊ hoies iustos tentatio tribla-
tiōis. Sic rusticatio de ligno oñdit fructum
illi⁹: sic vbū ex cogitatu cordis hōis. Añ ser-
monē ñ laudes uiz: hec. n. tētatio ē hōiuz.
Si sequaris iusticiā: apprehēdes illā ⁊ in-
dues q̄si podēm honor⁊ et ibitabis cū ea et
proteget te i sempiternū: ⁊ i die agnitionis i
uenies firmamētū. Volatilia ad sibi silia ꝓ-
ueniunt: ⁊ vitas ad eos q̄ opant illā revtet.
Leo uenatiōi insidiat semp: sic pcā opanti
bus iniq̄tatē. Homo sēs in sapia manet sic
sol: nā stult⁹ sicut luna mutat. In medio in-
sēsatorū serua vbū tpi: in medio āt cogitan
tiuz assiduus esto. Narratio peccātiū odio
sa: ⁊ usus illorū i delict⁊ pcī. Loquela mltū
iurās horripilationē capiti statuet: ⁊ irreue
rentia ipsi⁹ obturatio auriū. Effusio sangui
nis i rixa supborū: ⁊ maledictio illoz audi
tus grauis. Qui denudat arcana amici: fi-
dē pdit: ⁊ nō iueniet amicū ad aiam suum.
Dilige ꝓximū: ⁊ cōiūgē fide cuz illo. Q̄ si ō-
nudauer⁊ absconsa illi⁹: nō pseq̄ris post eū.
Sic eim hō q̄ pdit amicū suū: sic ⁊ q̄ pdit a
micicia ꝓximi sui. Et sicut q̄ dimittit auem
de manu sua: sic q̄ reliqsti ꝓximū tuū: ⁊ nō
eū capies. Non illū seq̄ris: qm̄ longe abest.
Effugit eim q̄si caprea de laq̄o: qm̄ uulnera
ta ē aia ei⁹. Ultra eū nō poteris colligare: ⁊
maledicti ē ꝓcordatio. Denudare āt amici
mysteria: desperatio ē aie infelicis. Annuens
oculo fabricat iiq̄: ⁊ nemo eū abiciet. In ꝓ
spectu oc̄lorū tuoz cōculcabit os suū: ⁊ sꝫ
sermones tuos ammirabit. Nouissime aūt
puertet os suū: ⁊ i vbis tuis dabit scādalū.
Multa audiui et non coequi ei: ⁊ dñs audi
et illuz. Qui i altū mittit lapidē: sup caput
ei⁹ cadet: ⁊ plaga dolosa dolosi dividet uul
nera. Et q̄ fouea fodit icidet i ea: et q̄ statuit
lapidē ꝓximo suo offendet i eo: ⁊ q̄ laqueuz
alij ponit: pibit i illo. Facieti neqssimū ꝓsiliū
sup ipsū deuoluet: ⁊ nō agnoscet unde
adueniet illi. Illusio ⁊ iproperium supboz
⁊ uidicta: sicut leo insidiabit illi. Laqueo pe-
ribunt q̄ oblectant casu iustoz: dolor aūt
consumet illos anteq̄ moriat. Ira et furō
utraq; execrabilia sunt: ⁊ uir peccator con-
tinens erit illorum.

.XXVIII.

Qui uindicari vult: a dño inueniet uin
dictā: ⁊ pcā illi⁹ suas seruabit. Relin
que ꝓximo tuo nocenti te: ⁊ tunc depcanti
tibi pcā soluentur. Hō hōi reseruat iraz: ⁊
a deo querit medelā. In hoiem sil'em sibi ñ
hz miam: ⁊ de pcīs suis deprecatur. Ipse dū
caro sit refuat irā: ⁊ ppciatioez petit a deo.
Quis exorabit ꝓ delictis illi⁹? Memēto no
uissimoz: ⁊ desine iimicari. Tabitudo eim
et mors iminēt i mandatis ei⁹. Memorare
timorē dei: ⁊ nō irascaris ꝓximo. Memōa
re testamētū altissimi: ⁊ despice ignorātiam
ꝓximi. Abstine te a lite: ⁊ minues pcā. Hō
eim iracūdus icendit litē: et uir pcōr tur ba
bit amicos: ⁊ i medio pacē hñtiuz imittit i-
micitiā. Sc̄om eim ligna silue: sic ignis exar
descit: ⁊ ꝓm uirtutem hōis sic iracundia illi
us erit: ⁊ ꝓm sb̄am suam exaltabit iram su-
am. Certam festinatū icēdit ignē: et lis festi-
nās effundit sāguinē: et lingua testificās ad-
ducet mortē. Si sufflaueris q̄ ignis exarde
bit: et si expuer⁊ sup illā: extinguetur. Utra
q; ex ore ꝓficiscunt. Susurro ⁊ biliguis ma
ledictus: multos. n. turbauit pacē hñtes. Li
gua tertia multos cōmouit ⁊ dispsit illos de
gente i gētē. Ciuitates muratas duuitum de-
struxit: ⁊ domos magnatorū effodit. Uiru
tes ppl'oz cōcidit: ⁊ gentes fortes dissoluit.
Lingua tria mulieres uiratas eiecit: et ꝓua-
uit illas laborib⁹ suis. Qui respicit illā: nō
habebit requiē: nec hēbit amicū i q̄ requescat.
Flagelli plaga liuorē facit: plaga āt ligue cō-
minuet ossa. Multi ceciderūt i ore gladij: sꝫ
non sic q̄i qui iteriert ꝓ linguā suā. Beat⁹ q̄
tect⁹ ē a lingua neq; qui i iracūdia illi⁹ non
trāsiuit: et q̄ non attraxit iugum illi⁹: et i ui-
culis ei⁹ non ēligat⁹. Jugū eim illi⁹ iugū fer
reū ē: et uinculū illi⁹ uinculū ereū est. Mōs
illi⁹ mors neqssima: ⁊ utiꝰ poti⁹ iferi⁹ q; illa.
Perseuerantia illi⁹ nō pmāebit: sed obtine
bit uias iniustoz. In flāma sua nō cōburet
iustos. Qui dēliquūt dñm: icidēt i illā: et ex
ardebit i ill⁹ ⁊ non extiguet: ⁊ imittet i illos
q̄si leo: ⁊ q̄si pardus ledet illos. Sepi aures
tuas spinis: ⁊ linguā neq; noli audire: ⁊ ori
tuo facito ostia: ⁊ seras auri⁹ tuis. Aurum
tuū ⁊ argentū tuum ꝓfla: ⁊ vbis tuis facito
staterā ⁊ frenos ori tuo rectos: ⁊ attēde ne
forte labaris i lingua: ⁊ cadas in conspectu
iimicoz ifidiātiū tibi: ⁊ sit casus tu⁹ insana
bilis in mortem.

.XXIX.

Qui facit miam feneratur ꝓximo suo:
⁊ qui prevalet manu mādata seruat.
Fenerare ꝓximo tuo in tpe necessitatis illi⁹

223
225

¶ itez redde primo i tpe suo. ¶ Cōfirma vbū ¶ fidelr age cū illo: ¶ oī tpe tuo. ¶ Multi ꝙsi inuētionē estimauerūt sen': ¶ ꝓstiterūt molestiā his ꝙ se adiuuerūt. ¶ Donec accipiāt osculant man' dātis: ¶ i ꝓmissiōib' hūliāt uocē suā. ¶ Et i tpe redditionis postulabit tps: ¶ loqt vba tedij ¶ murmurationū: et tps causabitur. ¶ Si aūt potuerit reddere: aduersabit. ¶ Solidi uix reddet dimidiū: ¶ cōputabit illud ꝙsi inuētorez. ¶ Sin autē fraudabit illū pecūia sua: ¶ possidebit illū ūmicū gratis: ¶ cōuicia ¶ maledicta reddet illi: ¶ ꝓ honore ¶ bñficio reddet illi ꝓtumeliā. ¶ Multi non cā neqtie ñ fenerati sūt: sed fraudari gratis timuerūt. ¶ Verūtn̄ superbūlē aio fortior esto: ¶ ꝓ elemosyna nō ta bas illū. ¶ Propt mādatu assume pauperez: ¶ ꝓpt iopiā ei' ne dimittas eū uacuū. ¶ Perde pecuniā propt fiem ¶ amicū: ¶ nō abscōdas illam sub lapide i pditiōem. ¶ Pone thesaurū tuū i ꝓceptis altissimi: ¶ ꝓderit t magis ꝙ aurū. ¶ Cōclude elemosynā i corde pauperi: ¶ hec ꝓ te exorabit ab oī malo. ¶ Elemosyna uiri ꝙsi saccul' cū ipso ¶ gīam hōis ꝙi pupillā cōseruabit: ¶ postea resurget ¶ retribuet illis retributionē unicuiqz i caput illoz. ¶ Sup scutū potentis ¶ sup lanceā advsus ūmicū tuū pugnabit. ¶ Vir bon' fidē fac ꝓximo suo: ¶ ꝙ pdiderit cōfusionem derelinqt sibi. ¶ Etiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim ꝓ te aiam suam. ¶ Repmissorē fugit pccor ¶ imundus. ¶ Bona repromissori sibi ascribit pccor: ¶ ingrat' sēsu derelinqt liberantē se. ¶ Vir repromittit ō ꝓximo suo: ¶ cū pdiderit iuerētiā derelinqt ab eo. ¶ Repromissio neqssima multos pdidit diligētes: ¶ cōmouit illos ꝙsi fluct' maris. ¶ Viros potētes gyrans migrare fecit: ¶ uagati sūt i gentib' alienis. ¶ Pccor trāsgrediēs mandatū dñi incidet in ꝓmissionem neqꝙ: ¶ ꝙ conat multa agere: incidet i iudicium. ¶ Recupera ꝓximum ꝙ vtutem tuam: et attende tibi ne incidas. ¶ Initiū uite hōis aq ¶ panis ¶ uestimētū et domus ptegēs turpitudinē. ¶ Melior ē uict' paupis sub tegmine asserū: ꝙ epule splēdide i peregre sine domicilio. ¶ Minimuz ꝓ magno placeat tibi: ¶ iproperiū pegrinatiōis non audies. ¶ Vita neqꝙ hospitādi de domo i domuz: ¶ ubi hospitabit: nō fiducialit aget: nec apiet os. ¶ Hospitabit: ¶ pascet ¶ porabit ingratos ¶ adhuc amara audiet. ¶ Transi hospes: ¶ ozna mensam: ¶ ꝙ in manu habes cība ceteris. ¶ Exi a facie honoris amicoz meorū: necessitudine domus mee hospitio mihi fēs es fi. ¶ Grauia hec hōi ñti sensū: correptio dm' ¶ ímp:operium feneratoris.

C.XXX.

Qui dilígit filiū suuz: assiduat flagella: ut letet i nouissimo suo: ¶ ñ palpet ꝓximoz ostia. ¶ Qui docet filiuz suū laudabitū in illo: ¶ i medio domesticorū i illo gliabit. ¶ Qui docet filiū suū i zelum mittit ūmicuz: ¶ in medio amicorū gliabit in illo. ¶ Mortuus ē pt ei': ¶ ꝙsi nō ē mortu'. ¶ Sil'em eiz relict sibi p' se in uita sua. ¶ Vidit ¶ letat' ē in illo. ¶ In obitu suo nō ē contristat': nec confusus est coram inimicis. ¶ Reliquit enim defensorē dom' ptra ūmicos: ¶ amicis reddētē gīam. ¶ Pro aiab' filiorū colligabit uulnera sua: et sup oēm uocē turbabunt uiscera ei'. ¶ Equs indomitus euadet durus: ¶ filius remissus euadet preceps. ¶ Lacta filiū: ¶ pauentē te faciet: lude cū eo: et contristabit te. ¶ Nō cōludeas illi ne condoleas: ¶ i nouissimo obstupescent dentes tui. ¶ Non des illi ptatem in iuuentute: ¶ ne despicias cogitatus illi'. ¶ Curua ceruicē ei' i iuuentute: ¶ tunde latera eius dum infans est: ne forte iduret ¶ nō credat tibi: ¶ erit tibi dolor aie. ¶ Doce filiū tuū ¶ operare i illo: ne i turpitudinē illi' offendas. ¶ Melior ē paup sanus ¶ fortis uirib': ꝙ diues ibecillis ¶ flagellat' malicia. ¶ Salus aie i scitate iustitie: ¶ meliō ē oī auro et argento: ¶ corp' ualidū ꝙ census imensus. ¶ Nō ē cēsus super censū salutis corporis: ¶ nō ē oblectamētū sup cordis gaudium. ¶ Melior est mors ꝙ uita amara: ¶ requies eterna ꝙ languor pseuerans. ¶ Bona absc̄dita i ore clauso: ꝙsi appositiōes epulaz circūposite sepulchro. ¶ Quid pderit libatio idolo? ¶ Nec enim manducabit nec adorabit. ¶ Sic qui effugat a dño: et portās mercedes iqtatis. ¶ Videns ocul' ¶ igemiscens: sic spado cōplectēs uirginem ¶ suspirās. ¶ Tristitiā non des aie tue: ¶ nō affligas temetipsū i consilio tuo. ¶ Iocunditas cordis hec ē uita hōis: ¶ thesaurus sine defectiōe sanctitatis: ¶ exultatio uiri ē lōgeuitas. ¶ Misere aie tue placens deo: ¶ cōtine: ¶ cōgrega cor tuū i sanctitate eius: ¶ tristitiā longe expelle a te. ¶ Multos eiz occidit tristitia: et ñ ē utilitas i illa. ¶ Zelus ¶ iracūdia minuēt dies: ¶ añ tps senectam adducet cogitat'. ¶ Splēdidū cō bonū in epul' est: epule

eim illius diligenter fiunt.

¶ .XXXI.

Vigilia honestatis tabefaciet carnes: et cogitatus illius auferet somnum. Cogitat⁹ prescientie auertit sensum: et infirmitas grauis sobriam facit aiam. Laborauit diues in congregatione sbe: et in reqe sua replebit bonis suis. Laborauit pauper i diminutione uict⁹: ⁊ i fine iops fit. Qui aurū diligit nō iustificabit: ⁊ q̄ insequt ꝯsūptionez replebit ex ea. Multi dati sūt in auri casus: et facta ē in spe ipsius pditio illorū. Lignuz offensionis ē aurū sacrificātiū: ue ill qui sectant illud: et ōis iprudēs depiet in illo. Beat⁹ diues q̄ inuēt⁹ ē sine macula: ⁊ q̄ p⁹ aurū nō abijt: nec sperauit in pecunia ⁊ thesaur. Quis est hic ⁊ laudabimus eū? Fecit eiz mirabilia in uita sua. Qui ꝓbat⁹ ē i illo: ⁊ pfect⁹ inuētus ē: et erit illi gl'ia et'na. Qui potuit trāsgredi ⁊ nō ē trāsgressus: et facere mala ⁊ nō fecit. Iō stabilita sūt bona ill⁹ in dño: et elemosynas ill⁹ enarrabit ōis eccl'ia scōrū. Supra mēsā magnā sedisti: ⁊ nō apias sup illā faucē tuā prior. Nō dicas si multa sūt: q̄ sup illā st. Memto qm̄ malus ē ocl's nequā. Nequi⁹ ocl'o q̄d creatū ē? Iō ab ōi facie sua lachrymabit: cū uiderit. Ne extēdas manū tuā prior: et iuidia cōtamiat⁹ erubescas. Ne cōprimaris i ꝯuiuio uino. Intell'e q̄ sunt ꝓximi tui ex teipso. Utere q̄si hō frugi his q̄ tibi apponūt: ut nō cū māducas ml'tū: odio hēaris. Cessa prior cā discipline: et noli nimius eē ne forte offendas. Et si in medio multorū sedisti: prior ill' ne extēdas manū tuā: nec priō poscas bibē. Quā sufficiēs ē hōi erudito uinū exiguū: ⁊ in dormiēdo ñ laborabis ab illo ⁊ nō senties dolorē. Vigilia et colera ⁊ tortura uiro ifrunito somn⁹ sanitatis in hoie parco. Dormiet usqz māe: ⁊ aia ill⁹ cū ipso delectabit. Et si coact⁹ fueris i edendo multū surge e medio ⁊ vome: ⁊ refrigerabit te: et nō adduces corpori tuo infirmitatem. Audi me fili ⁊ ñ spernas me: et in nouissimo iuenies uerba mea. In ōib⁹ opibus tuis esto uelox: ⁊ ōis infirmitas nō occurret tibi. Splēdidū i panib⁹ bñdicēt labia multorū: ⁊ testimoniū ueritat ill⁹ fidele. In neqssimo pane murmurabit ciuitas: ⁊ testimōium neqtie illius uerū ē. Diligētes in uino noli prouocare: multos eim extminauit uinū. Ignis ꝓbat ferrū durū: sic uinū corda superboꝝ arguet i ebrietate potatū. Equa uita hōib⁹ uinū i sobrietate: si bibas illud moderate eris sobrius. Que ē uita q̄ minuit uino? Quid defraudat uitā? Mors Vinū i iocunditatē creatū ē: et nō i ebrietatē ab initio. Exultatio aie ⁊ corpor uinum moderate potatū. Sanitas ē aie ⁊ corpori sobrius pot⁹. Vinū multū potatū irritationē et iram ⁊ ruinas multas facit. Amaritudo aie uinū multū potatū. Ebrietatis aiositas iprudētis offensio: minorās uirtutē ⁊ faciens uulnera. In ꝯuiuio uini nō arguas ꝓximum: ⁊ nō despicias eū i iocunditate ill⁹ Verba improperij non dicas illi: ⁊ non premas illū in repetendo.

¶ .XXXII.

nanehel usq̄ ad torcularia regis: et hītabūt
i ea: et anathema non erit amplⁱ: sed sede
bit ier̄lm secura: et hec erit plaga: q̄ pcutiet
dn̄s oēs gētes que pugnauerunt aduersus
ier̄lm. Tabescet caro uni⁹ cuiusq̄ stanti sup
pedes suos et oculi ei⁹ cōtabescēt i foramī
nib⁹ suis et ligua eorū cōtabescet i oze suo.
In die illa erit tumultus dn̄i magn⁹ i eis: et
apphēdet uir manū ꝓximi sui: et conseret
manus ei⁹ sup manus ꝓximi sui: Sed et iu
das pugnabit aduersus ier̄lm: et ꝓgregabū
tur diuitie oīum gētiū i circuitu: aurū et ar
gētū et uestes multe satis: et sic erit ruina e
qui et muli et cameli et asini et oīum iumē
toꝝ q̄ fuerūt i castris illis sic ruina hec: Et
oēs q̄ reliq̄ fuerit de uniuersis gētib⁹ q̄ uene
runt ꝓtra ier̄lm ascēdēt ab āno i ānnz: ut a
dorēt regē dn̄m exercituuz et celebrēt festi
uitatē tabernaculoꝝ: Et erit q̄ nō ascēderit
de familijs terre ad ier̄lm ut adorēt dn̄z re
gē exercituū non erit sup eos imber. Quꝛ et
si familia egypti nō ascēderit et nō uenerit:
nec sup eos erit: sed erit ruina q̄ pcutiet do
min⁹ oēs gētes q̄ nō ascēderit ad celebrādā
festiuitatē tabernaculoꝝ. Hoc erit pcm̄ e
gypti: et hoc pcm̄ oīum gētiuz q̄ nō ascēde
rit ad celebrādā festiuitatē tabnaculoꝝ. In
die illa erit qō sup frenuz equi ē sāctū dn̄o:
et erūt lebetes i domo dn̄i q̄si phiale coraz
altari: Et erit oīs lebes i ier̄lm et i iuda sācti
ficat⁹ dn̄o exercituuz: et ueniēt oēs imolan
tes et sumēt ex eis et coquēt i eis: et nō erit
mercator ultra i domo dn̄i exercituuz i die
illo.

¶ Explicit Zacharias ꝓpheta. Incipit
prologus i Malachiam ꝓphetam.

Deus p moysen ppl'o isrl' p̄cepat: sacerdotes tab'nacl'i sui oī corpali vitio lib'os: hostias oī uitio uacuas sibi offerī. Quib' legē suaz ad īgēdū ppl'm ob hoc dedrat: ut p sacrificioꝝ oblationē int'nūcij dei ⁊ hoīuz facti: ppl'm p̄ceptis celestib' facerēt obedire. Uñ sacerdotes angelos dei eē: hoc in loco scriptura testatur. Sed quia tanti muneri gr̄az ꝯtēnētes: supradict' ppl's ac sacerdotes sacrificia vitio d̄turbata: ip̄is criminib' atq; ipietatib' macl'ati deo offerī cepūt: Jō p malachiā ꝓphetā de' ppl'm suū isrl' increpās: ait: Dilexi uos: dic̄ dñs: Et dixistis: In q̄ dilexisti nos? Nōne fr̄ erat esau iacob: dic̄ dñs: ⁊ dilexi iacob: esau āt odio habui? Esau āt fratrē iacob nō iniq̄ aut spontanea uolūtate odio habitū a deo: l' sie meriti gr̄a iacob dilectū māifestū ē: cū s̄m p̄sciētiā suā esau q̄dē effusionē frat'ni sāguinis ꝯcupiscē: iacob āt i sui cognitiōe obs̄uādā legē d̄siderare cog̃scēt. Cui' rei gr̄a supradicto usus est exēplo dicēs: Dilexi iacob: esau āt odio habui: Quāuis ex opib' memoratoꝝ q̄ꝝ liber geneseos meminit: i q̄ unusq̄sq; eoꝝ futur' erat: ꝓposito manifeste cōstaret ut scriptuz ē. Creuerūt pueri: ⁊ erat esau hō agrest' sciēs uēari: iacob āt hō siplex manēs i tab'nacl'o. Nā reliq̄ que lectione ꝯprehensa sunt p̄uaricationē ppl'i isrl' i obs̄uādis sacrificijs dei: increpationēq; i eūdē: q̄ deos alienos coluerīt: significant.

¶ Explicit ꝓlog'. Incipit argumētū.

Malachias apte ⁊ i fie oīuz ꝓphetaꝝ dic̄ d̄ abiectiōe isrl' ⁊ uocatione gentiū. Nō ē mihi ait uolūtas i uobis: dic̄ dñs exercituū: ⁊ mun' nō suscipiā d̄ manu ur̄a. Ab ortu.n. solis usq; ad occasū magnū ē nomē meū i gētib': ⁊ in oī loco sacrificat': ⁊ offert' noī meo oblatio munda.

¶ Explicit argumentum. Incipit Malachias ꝓpheta. Capl'm ¶.I.

Nus uerbi domini ad isrl' i mānu malachie ꝓphete. Dilexi uos: dic̄ domin'. Et dixist': In q̄ dilexisti nos? Nōne frat' erat esau iacob: dic̄ domin'. Et dilexi iacob: esau aūt odio habui? Et posui seyr mōtes ei' i solitudinē: ⁊ hēditatē ei' i dracōes deserti. Q̄ si dixerit idumea d̄structi sum' sz reuertētes edificabim' que d̄structa sūt hec: dic̄ dñs exercituuz: Isti edificabūt ⁊ ego destruā. Et uocabūt' termini impietat': ⁊ ppl's cui irat' ē dñs usq; i et'nū. Et oculi ur̄i uidebūt: ⁊ uos dicet': Magnificet' dñs sup t'minū isrl'. Filius honorat p̄rem et s̄uus dñz suū. Si g̃ pat' ego sū: ubi ē honor me': ⁊ si dñs ego sū: ubi ē timor me': dic̄ dñs exercituū ad uos o sacerdotes: q̄ despicit' nomē meū: ⁊ dixist': in q̄ despexim' nomē tuū? Offertis sup altare meū panē pollutuz. Et dicit': In q̄ polluim' te? In eo q̄ dicit': mēsa dñi despecta ē. Si offerat' cecū ad imolādū: ñne malū ē? Et si offerat' claudū ⁊ lāguidū: nōne malū ē? Offer illud duci tuo: si placuerit ei: aut si susceperit faciē tuā: dic̄ dñs exercituū. Et nūc dep̄camini uultū dei ut mis̄eatur ur̄i: d̄ mānu.n. ur̄a factū ē hoc: si q̄ mō suscipiat facies uestras: dicit dominus exercituū. Quis ē i uobis qui claudat ostia: ⁊ icēdat altare meū gratuito? Nō ē mihi uoluntas i uobis dic̄ dñs exercituū: ⁊ munus non suscipiā d̄ mānu ur̄a. Ab ortu.n. sol' usq; ad occasū magnū ē nomē meū i gētib': ⁊ i oī loco sacrificat' ⁊ offert' noī meo oblatio munda: q̄z magnū ē nomē meū i gētib': dic̄ dñs exercituū. Et uos polluist' illud i eo: q̄ dicit' mēsa dñi ꝯtamiata ē: ⁊ qd̄ suppōit': ꝯtēptibile ē cū igne: q̄ illud deuorat. Et dixist': Ecce de labore. Et exsufflast' illud: dic̄ dñs exercituū. Et itulist' d̄ rapinis: claudū ⁊ lāguiduz ⁊ intulistis mun'. Nūq̄d suscipiā illud d̄ manu ur̄a dic̄ dñs exercituū? Maledictus dolosus q̄ hz i grege suo masculū: ⁊ votū faciens imolat debile dño. Quia rex magn' ego: dic̄ dñs exēcituū: ⁊ nomē meū hōribile i gētib'.

¶ .II.

Et nūc ad uos mādatū hoc o sacerdotes. Si noluerit' audire ⁊ si noluerit is ponē super cor ut detis gloriā nomini meo: ait dñs exercituū: mittā i uos egestatē: ⁊ maledicā bñdictiōib' ur̄is: ⁊ maledicā illis: qm̄ nō posuistis sup cor. Ecce ego ꝓijciā uobis brachiū: ⁊ dispgā sup vultū vestruz stercus solēnitatū vestraꝝ: ⁊ assumet vos secuz. Et scietis q̄z misi ad vos mandatum istud: ut esset pactū meū cū leui: dicit dominus exercituum. Pactū meū fuit cū eo uite ⁊ pacis:

ꝛ dedi ei timoꝛē ꝛ timuit me ꝛ a facie nois mei pauebat. ¶Lex ueritatis fuit in oꝛe eius ꝛ iūqtas nō ē inuēta i labys eius. ¶In pace ꝛ in eqtate ābulauit mecū: ꝛ multos auertit ab iniqtate. ¶Labia.n. sacerdotis custodiūt sciaz: ꝛ legē ꝛequrēt ex oꝛe eius: qꝛ āgelus dñi exercituū ē. ¶Vos āt recessistis de uia: ꝛ scandalizastis plurimos i lege. ¶Irritū fecistis pactū leui dic̄ dñs exercituuz. ¶Propt̄ qō ꝛ ego dedi uos cōtēptibiles ꝛ humiles oībus ppīs: sic nō seruastis uias meas: ꝛ accepistis faciē in lege. ¶Nūqd nō pat̄ unus oiuz nostꝝ? ¶Nūqd nō dē un⁹ creauit nos? ¶Quaꝛe ḡ despicit un⁹ qsqꝫ uestꝝ fratrē suū: uiolās pactū patrum nꝛoꝝ? ¶Trāsgressus ē iuda ꝛ abominatio fcā ē in isrl ꝛ i irlm: qꝛ cōtamiauit iudas sanctificationē dñi quā dilexit: ꝛ habitauit filiam dei aliēi. ¶Disperdat dñs uirū q̄ fecerit hoc: magistꝝ ꝛ discipulū de tabnaculo iacob: ꝛ offerētē mun⁹ dño exercituū. ¶Et hoc rursū fecistis. ¶Opiebat̄ lachrymis altare dñi fletu et mugitu: ita ut ñ respiciā ultra ad sacrificiū: nec accipiā placabile q̄d de manu uꝛa. ¶Et dixistis: Quā ob cām? ¶Quia dñs testificatus ē inꝛ te ꝛ uxoꝛē pubꝛtat̄ tue: quā tu despexisti. ¶Et hec particeps tua ꝛ uxoꝛ federis tui. ¶Nōne unus fecit: ꝛ reliquū spūs eⁱ ē? ¶Et q̄d unⁿ qrit: nisi semē dei? ¶Custodite ḡ spm̄ uꝛm ꝛ uxoꝛē adolescētie tue noli despicere. ¶Cum odio habueris dimitte: dicit dñs deus isrl. ¶Opiet āt iūqtas uestimētū eius: dic̄ dñs exercituū. ¶Custodite spm̄ uꝛm: ꝛ nolite despicē. ¶Laborare fecistis dñm i sermōibus uestris. ¶Et dixistis: ¶In q̄ cū fecimus laborare? ¶In eo q̄ dicit: ¶Dis q̄ fac̄ malū bonⁿ ē i ꝓspcū dñi: ꝛ tales ei placēt: ¶Aut certe: ubi ē dē iudicij.

.III.

¶Ecce ego mittā āgelu⁹ meū: ꝛ ꝓparabit uiā ante faciē meā. ¶Et statiz veniet ad templū suū dñator quem uos queritis: ꝛ angelus testamenti quē uos uultis. ¶Ecce uēit: dicit dñs exercituū. ¶Et quis poterit cogitare diē aduētus eⁱ? ¶Et quis stabit ad videndu⁹ eū. ¶Ipse.n. q̄si ignis cōflās ꝛ q̄si herba fullonū. ¶Et sedebit cōflās ꝛ emūdās argentū: et purgabit filios leui. ¶Et colabit eos q̄si aurū ꝛ q̄si argentū: ꝛ erūt dño offerētes sacrificia i iusticia. ¶Et placebit dño sacrificiū iuda et irlm sicut dies seculi: ꝛ sicut anni ātiqui. ¶Et accedā ad uos i iudicio: ꝛ ero testis velox maleficis ꝛ adulteris ꝛ piuris: ꝛ q̄ calūniantur mercedē mercēarij: ꝛ humiliāt uiduas ꝛ pupillos: ꝛ oppꝛimūt peregrinū: nec timuerūt me: dic̄ dñs exercituū. ¶Ego.n. dñs ꝛ nō mutor: ꝛ uos filij iacob nō est cōsūpti. ¶A diēb⁹ n. patrū uestroꝝ recessistis a legitimis meis: ꝛ nō custodistis. ¶Reuertimini ad me ꝛ reuertar ad uos: dic̄ dñs exercituū. ¶Et dixistis: in q̄ reuertemur? ¶Si affliget homo deum: quia uos cōfligitis me. ¶Et dixistis: ¶In q̄ confligim⁹ te? ¶In decimis ꝛ in primitijs. ¶Et in penuria uos maledicti estis: ꝛ me uos configitis gēs tota. ¶Inferte oēm decimā in horreū meum: ꝛ sit cibus i domo mea: ꝛ probate me super hoc: dicit dñs. ¶Si nō aperuero uobis cataractas celi: ꝛ effudero uobis benedictionez usq̄ ad abundantiā. ¶Et increpabo ꝓ uobis ꝺ uoꝛātē: ꝛ nō corꝛūpet fructū tre uīe: nec erit sterilis uitea i agro: dic̄ dñs exercituū. ¶Et beatos uos dicēt oēs gētes. ¶Eritis.n. uos terra desiderabilis: dic̄ dñs exercituū. ¶Inualuerūt sup me uba uꝛa: dic̄ dñs. ¶Et dixistis: ¶Quid locuti sumus ꝓtra te? ¶Dixistis: ¶Vanus est q̄ seruit deo. ¶Et q̄ emolumētū q: custodiuim⁹ ꝓcepta eius: ꝛ q: āb ulauim⁹ tristes coꝛā dño exercituū? ¶Ergo nūc beatos dicim⁹ arrogantes. ¶Siq̄dē edificati sūt faciētes ipietatē: et tentauerunt deū ꝛ salui facti sūt. ¶Tunc locuti sunt timētes deū: unus q̄sq̄ cū proximo suo. ¶Et attēdit dñs ꝛ audiuit: ꝛ scriptus est liber monumēti coꝛā eo timētibus dñm et cogitātibus nomē eⁱ. ¶Et erūt mihi: ait dñs exercituū: i die q̄ ego facio i peculiū: ꝛ parcā eis sicut parcit uir filio suo seruiēti sibi. ¶Et ꝛuertimini: ꝛ videbitis q̄d sit inꝛ iustū ꝛ ipiū: ꝛ inꝛ seruientē deo ꝛ non seruientē ei.

.IIII.

¶Ecce.n. dies veniet succensa quasi caminus: ꝛ erunt oēs superbi ꝛ oēs facientes ipietatē stipula. ¶Et inflammabit eos dies ueniens: dicit dñs exercituū: que non derelinquet eis radicē ꝛ germē. ¶Et oriet uobis timētibus nomē meū sol iusticie: ꝛ sanitas i pennis eⁱ. ¶Et egrediemini ꝛ salietis sicut uitulꝰ ꝺ armēto: ꝛ calcabitis ipios cū fuerit cinis sꝺ plāta pedū uestroꝝ i die qua ego facio: dicit dñs exercituū. ¶Memētote legis moysi serui mei: quā mādaui ei i oreb ad oēz isrl: ꝓcepta ꝛ iudicia. ¶Ecce ego mittā uob⁹ heliā pphetā āteq̄ uēiat dies dñi magn⁹ ꝛ hoꝛribil. ¶Et ꝓuertet coꝛ pīm ad filios: ꝛ coꝛ filioꝝ ad pres eoꝝ: ne fōte veniā ꝛ percutiā trā anathemate.

¶Explicit Malachias ppheta.

¶ Incipit plogus beati hieronymi presbyteri i libros Machabeoꝝ.

Machabeoꝝ libri duo ꝓnotãt plia int̃ hebreoꝝ duces gẽtesq; psauꝝ: pugnã q̃s sabbatoꝝ: ⁊ nobiles machabei duc̃ triũphos: ex cuius noie ⁊ libri iidẽ ſ̃ nũcupati. Hec q̃s hiſtoria ꝓtinet ẽt inclyta illa gesta machabeoꝝ fratꝝ: q̃ sub antiocho rege pro sacris legib⁹ dira tormẽta ppessi ſũt. Quos mĩ pia: dũ viderẽt supplicijs urgẽt: ñ solũ ñ fleuit: ſz ⁊ gaudẽs hõtabat̃ ad glĩã passiõis.

¶ Item alius prologus.

Machabeoꝝ libri licz nõ habeãt̃ i canõe hebreorũ: tñ ab ecclia int̃ diuinorũ uolumiuꝝ ãnotãt̃ hiſtorias. Prenotãt ãt plia int̃ hebreoꝝ duces: gẽtesq; psauũ: pugnã q̃s sabbatorũ: ⁊ nobiles machabei triũphos: fedus q̃q; amicitiaꝝ cũ romanoꝝ ducib⁹ atq; legationum. Machabei septẽ fres ab una matre machabea noie geniti: custodiẽtes legẽ: patris traditionẽ: nõ mãducãtes carnẽ põciaꝝ. ob hoc ab antiocho rege seuiſſimo i antiochia martyrũ glĩa coronati ſũt cũ mre sua: atq; sepulti cũ magna ueneratõe ibi q̃escũt.

¶ Explicit plogus. Incipit liber ꝑmus Machabeoꝝ. Capl̃m .I.

¶ factum est post ꝙ pcussit alexãder philippi macedo q̃ primus regnauit in grecia egressus ò terra cethim: darium regẽ pſarũ ⁊ medoꝝ: constituit plia multa ⁊ obtinuit oĩum munitiões: ⁊ interfecit reges terre. Et ptrãsijt vsq; ad fines terre: ⁊ accepit spolia multitudinis gẽtiũ: ⁊ siluit tra i ꝓspectu eius. Et cõgregauit virtutẽ ⁊ exercitũ fortem nimis: ⁊ exaltatũ ẽ ⁊ eleuatũ cor eius: ⁊ obtinuit regiões gẽtiũ ⁊ tyrãnos: ⁊ facti ſ̃ illi i tributũ. Et post hec decidit i lectũ: ⁊ cognouit q; moreret. Et uocauit pueros suos nobiles q̃ secũ erãt nutriti a iuuẽtute sua: ⁊ diuisit illis regnũ suũ: cũ adhuc viueret. Et regnauit alexãder ãnis duodecĩ: ⁊ mortuus ẽ. Et obtinuerũt pueri eius regnũ vnuſq;q; i loco suo: ⁊ ĩposuerũt oẽs sibi diademata p⁹ mortẽ eius: ⁊ filij eoꝝ post eos ãnis multis: ⁊ multiplicata ſũt mala i tra. Et exijt ex eis radix peccati: antioch⁹ illustris filius ãtiochi regis q̃ fuerat rome obses: ⁊ regnauit i ãno centesimo tricesimo septimo regni grecorũ. ꝟn dieb⁹ illis exierũt ex iſrl̃ filij iniq; ⁊ suaserũt multis dicẽtes: Eamus ⁊ disponam⁹ testamẽtũ cũ gẽtib⁹ q̃ circa nos ſũt: q; ex quo i cessimus ab eis: inueneũt nos multa mala. Et bonus uisus ẽ ꝙmo i oculis eoꝝ. Et õsti nauerũt aliq; de pplo: ⁊ abierũt ad regẽ: ⁊ ò dit illis ptãtẽ: ut facerẽt iusticiã gentiũ. Et edificauerũt gymnasiuꝝ i hierosolymis ꝙm leges nationũ: ⁊ fecerũt sibi ꝓputia: ⁊ recesserũt a testamẽto sc̃o: ⁊ iũcti ſũt natiõib⁹: ⁊ venũdati ſ̃ ut facerẽt malũ. Et paratũ ẽ ignũ i ꝓspectu antiochi: ⁊ cepit regnare i tra egypti: ut regnaret sup duo ĩgna. Et itrauit i egyptũ i multitudine grauĩ: i curribus ⁊ elephantis ⁊ eq̃tib⁹: ⁊ copiosa nauiũ multitudie. Et ꝓstituit bellũ aduersus ptolomeũ regẽ egypti: ⁊ veritus ẽ ptolomeus a facie ei⁹ ⁊ fugit: ⁊ ceciderũt vulnerati multi. Et cõprehẽdit ciuitates munitas in tra egypti: ⁊ accepit spolia terre egypti. Et cõuertit antiochus p⁹ q̃ pcussit egyptũ i centesimo ⁊ quadragesimo ⁊ tertio anno ⁊ ascendit ad iſrl̃: ⁊ ascẽdit hierosolymã in multitudine graui. Et intrauit i sanctificationẽ cũ supbia: ⁊ accepit altaꝝ aureũ: ⁊ cãdelabꝝ lumis ⁊ uniuersa uasa eius ⁊ mẽsam ꝓpositiõis ⁊ libatõia ⁊ phialas et mortariola aurea ⁊ uelũ ⁊ coronas ⁊ ornamẽtũ aureũ: qò i facie tẽpli erat: ⁊ cõminuit oĩa. Et accepit argẽtũ ⁊ aurũ ⁊ uasa concupiscibilia: ⁊ accepit thesauros occultos q̃s inuenit: ⁊ sublatis oĩb⁹ abijt i terrã suã. Et fecit cedẽ hoĩuꝝ: ⁊ locut⁹ ẽ i supbia magna. Et factus ẽ plãctus magnus i iſrl̃: ⁊ i oĩ loco eoꝝ. Et igemuerũt principes ⁊ seniores: ⁊ iuuenes ⁊ virgines infirmati ſũt: ⁊ speciositas mulieꝝ imutata ẽ. Quis maritus sumpsit lamentũ: ⁊ que sedebant in toro maritali lugebant. Et commota ẽ terra super habitantes in ea: ⁊ vniuersa domus iacob induit ꝙ fusionẽ. Et post duos annos dierum misit rex principẽ tributoꝝ in ciuitates iuda: ⁊ venit ĩrl̃m cũ turba magna. Et locutus est ad eos vba pacifica i dolo: ⁊ crediderũt ei. Et irruit sup ciuitatẽ repente: ⁊ pcussit eã plaga

magna: ⁊ pdidit pp̃m multū ex ĩsrl̃. Et accepit spolia ciuitatis: ⁊ succẽdit eã igni. Et ō struxit domos eⁱ⁹ ⁊ muros eⁱ⁹ ĩ circuitu: ⁊ captiuas duxerũt mulieres ⁊ natos: ⁊ pecora possederũt. Et edificauerũt ciuitatẽ dauid muro magno ⁊ firmo ⁊ turrib⁹ firmis: ⁊ fcã ẽ illis ĩ arcem. Et posuerũt illic gentẽ peccatricẽ viros iniq̃s: ⁊ cõualuerũt ĩ ea. Et posuerunt arma ⁊ escas: ⁊ cõgregauerunt spolia irl̃m ⁊ reposuerũt illic: ⁊ facti sũt in laqueũ magnũ. Et factũ ẽ hoc ad ĩsidias scificatiõi ⁊ ĩ diabolum malũ ĩsrl̃. Et effuderũt sanguinẽ inocẽtẽ p circuitũ sãctificatiõis: ⁊ ꝓtamiauerũt sãctificationẽ. Et fugerũt habitatores irl̃m pp eos: ⁊ facta ẽ habitatio exteroꝝ ⁊ facta ẽ extera semini suo: ⁊ nati eⁱ⁹ reliq̃runt eã. Sãctificatio eⁱ⁹ ō̃solata ẽ sicut solitudo: dies festi eius ꝓuersi sũt ĩ luctũ: sabbata eⁱ⁹ ĩ opprobriũ: honores eⁱ⁹ ĩ nihilũ. Secũdũ gloriam eⁱ⁹ multiplicata ẽ ignominia eius: ⁊ sō limitas eⁱ⁹ ꝓuersa ẽ ĩ luctũ. Et scripsit rex antiochus oĩ regno suo: ut esset oĩs pp̃lus vn⁹: Et reliquerũt vnusq̃sq̃ legẽ suã: ⁊ consenserũt oẽs gẽtes fm verbuꝝ regis antiochi. Et multi ex ĩsrl̃ cõsenserunt ei: ⁊ sacrificauerũt idolis: ⁊ coiq̃nauerũt sabbatũ. Et misit rex antiochus libros p manũ nũcioꝝ in irl̃m ⁊ in oẽs ciuitates iude: ut sequerẽt leges gẽtium tre: ⁊ phibirẽt holocausta ⁊ sacrificia ⁊ placatões fieri ĩ tẽplo dei: ⁊ phiberẽt celebrari sabbatũ ⁊ dies solẽnes. Et iussit coinquiari sãcta: ⁊ sãctũ pp̃m ĩsrl̃. Et iussit edificari aras ⁊ tẽpla ⁊ idola: ⁊ imolari carnes suillas ⁊ pecora coĩa: ⁊ relinquẽ filios suos ĩcircuncisos ⁊ coiq̃nari aĩas coꝝ ĩ oĩbus ĩmũdicijs ⁊ abominatiõibus: ita ut obliuiscerent legez: ⁊ imutarẽt oẽs iustificationes dei. Et q̃cũq̃ nõ fecissent fm verbũ regis antiochi morerẽt. Scõm oĩa v̈ba hec scripsit oĩ reg̃ suo: ⁊ ꝓposuit ꝓncipes pp̃lo q̃ hec fieri cogerẽt. Et iusserunt ciuitatibus iude sacrificare. Et ꝓgregati sunt multi de pp̃lo ad eos q̃ dereliquerãt legẽ dñi: ⁊ fecerũt mala sup trã: ⁊ effugauerũt pp̃m ĩsrl̃ ĩ abditis ⁊ abscõditis fugitiuoꝝ locis. Die q̃ntadecima mẽsis casleu q̃nto ⁊ q̃dragesimo ⁊ cẽtesimo anno edificauit rex antiochus abominãdũ idolũ desolatiõis sup altare dei: ⁊ p vniuersas ciuitates iude ĩ circuitu edificauerũt aras: ⁊ añ ianuas domoꝝ ⁊ ĩ plateis icẽbãt tura ⁊ sacrificabãt. Et libros legi dei ꝓbusserũt igni scidẽtes eos: ⁊ apud quẽcũq̃ iueniebãt libri testamẽti dñi: ⁊ q̃cũq̃ obseruabat legẽ dñi: secũdũ dictũ regis trucidabãt eũ. In uirtute sua faciebãt hec pp̃lo ĩsrl̃: q̃ uẽiebat ĩ omni mẽse in ciuitatibus. Et q̃nta ⁊ vicesima die mẽsis sacrificabãt sup arã q̃ erat ꝓtra altare: ⁊ mulieres q̃ circũcidebãt filios suos trucidabãt fm iussũ regis antiochi. Et suspendebãt pueros a ceruicibus p vniuersas domos eorũ: ⁊ eos q̃ circũciderãt illos trucidabãt. Et multi de pp̃lo ĩsrl̃ definierũt apud se: ut non mãducarẽt imũda: ⁊ elegerũt magis mori q̃ cibis coinq̃nari imũdis: ⁊ noluerũt infrigere legem dei sanctam: ⁊ trucidati sunt. Et facta est ira magna super populuꝝ ĩsrl̃ valde.

¶ .II.

In diebus illis surrexit matathias filius ioannis filij symeõis sacerdos ex filijs ioarim ab irl̃m: ⁊ cõsedit ĩ mõte modin. Et habebat filios q̃nq̃: ioannan q̃ cognominabat gaddis: ⁊ symonẽ q̃ cognominabat thasi: ⁊ iudã q̃ uocabat machabeus: ⁊ eleaçarũ q̃ cognominabat abaron: ⁊ ionathan q̃ cognominabat apphus. Et uiderũt mala que fiebãt in pp̃lo iuda ⁊ in irl̃z. Et dixit matathias: Ue mihi. Ut q̃d nat⁹ sũ videre ꝓtritiõez populi mei ⁊ ꝓtritionẽ ciuitatis sãcte: ⁊ sedẽ illuc cũ dat ĩ mãib⁹ inimicoꝝ? Sãcta ĩ mãu extraneoꝝ facta sũt: tẽplũ eius sicut homo ignobilis. Vasa glorie eius captiua abducta sũt: trucidati sũt senes eius ĩ plateis: ⁊ iuuenes eⁱ⁹ ceciderũt ĩ gladio inimicoꝝ. Que gẽs nõ hẽditauit regnũ eⁱ⁹: ⁊ nõ obtinuit spolia eⁱ⁹? Oĩs cõpositio eⁱ⁹ ablata ẽ. Que erat libera: facta ẽ ancilla. Et ecce sãcta nĩa ⁊ pulchritudo nĩa ⁊ claritas nĩa desolata ẽ: ⁊ coinq̃nauerũt eã gẽtes. Quo g̃ nob⁹ adhuc uiuẽ? Et scidit vestimẽta sua matathias ⁊ filij eⁱ⁹: ⁊ opuerũt se cilicijs: ⁊ planxerũt ualde. Et venerũt illuc q̃ missi erant a rege antiocho: ut cogerẽt eos q̃ ꝓfugerãt ĩ ciuitatẽ modin immolare ⁊ accẽdẽ tura: ⁊ a lege dei discedẽre. Et multi de pp̃lo ĩsrl̃ cõsentientes accesserũt ad eos: ſz matathias ⁊ filij eⁱ⁹ ꝓstantes steterũt. Et rñdentes q̃ missi erãt ab ãtiocho dixerũt matathie: Princeps ⁊ clarissim⁹ ⁊ magn⁹ es ĩ hac ciuitate: ⁊ ornat⁹ filijs ⁊ frãb⁹. Ergo accede pmo ⁊ fac iussũ regis: sicut fecerunt oẽs gẽtes ⁊ uiri iuda ⁊ q̃ remãserũt ĩ irl̃m: ⁊ eris tu ⁊ filij tui inter amicos regis: ⁊ amplificatus auro ⁊ argento ⁊ muneribus multis. Et respondit matathias: ⁊ dixit magna voce:

Et si oēs gētes regi ātiocho obediūt ut discedāt vnusq̄sq; a fuitute legis patrū suoꝝ ⁊ ꝑ sētiāt mādatis eius: ego ⁊ filij mei ⁊ fratres mei obediem⁹ legi patrū nroꝝ. Propitius sit nobis de⁹: nō ē nobis vtile reliquē legē ⁊ iusticias dei. Non audiem⁹ vba regis ātiochi: nec sacrificabim⁹ trāsgrediētes legis nostre mādata: vt eam⁹ altera uia. Et ut cessauit loq̄ verba hec: accessit q̄dā iudeus ī oīuz oculꝫ sacrificare idolis super aram ī ciuitate modin fm iussū regis. Et vidit matathias ⁊ doluit: ⁊ cōtremuerūt renes eius. Et accensus ē furor eius secūdū iudiciū legis: ⁊ insiliens trucidauit eū sup arā. Quē ⁊ uirū quē rex antiochus miserat q̄ cogebat īmolari: occidit ī ipso tēpe: ⁊ arā destruxit: ⁊ zelat⁹ ē legē sicut fecit phinees çambri filio salomi. Et exclamauit matathias uoce magna in ciuitate dicēs: Oīs q̄ zelū habet legis statuēs testamētū exat post me. Et fugit ipse ⁊ filij eius ī mōtes: ⁊ reliq̄runt quecūq; habebāt in ciuitate. Tūc descēderūt multi querētes iudiciū ⁊ iusticiā ī desertū: ⁊ sedezūt ibi ipsi ⁊ filij eius ⁊ mulieres eoꝝ ⁊ pecora eoꝝ: qm̄ īundauerāt sup eos mala. Et renūciatū ē viris regi ⁊ exercitui q̄ erāt ī irlz ciuitate dauid: qm̄ discessissent uiri q̄daz q̄ dissipauerūt mādatū regis ī loca occulta ī deserto: ⁊ abissent p illos multi. Et stati prexerūt ad eos: ⁊ ꝓstituerāt aduersus eos preliū in die sabbatoꝝ. Et dixerunt ad eos: Resistitis ⁊ nunc adhuc? Exite: ⁊ facite fm vbum regis antiochi: ⁊ viuetis. Et dixerūt: Nō exibimus: neq; faciem⁹ verbuz regis ut polluam⁹ diē sabbatoꝝ. Et cōcitauerūt aduersus eos preliū. Et nō rñderunt eis: nec lapidē miserūt ī eos: nec oppillauerāt loca occulta: dicentes: Moriamur oēs in simplicitate nīa: ⁊ testes erunt super nos celum ⁊ terra q̄ iniuste perditis nos. Et intulerūt illis bellum sabbatis: ⁊ mortui sunt ipsi ⁊ vxores eoꝝ ⁊ filij eoruz ⁊ pecora eorū: vsq; ad mille aīmas hominū. Et cognouit matathias ⁊ amici eius: ⁊ luctū habuerūt super eos valde. Et dixit uir proximo suo: Si oēs fecerimus sicut fratres nostri fecerunt ⁊ nō pugnauerim⁹ aduersus gētes p aīabus nīis: ⁊ iustificatōib⁹ nīis: citꝰ dispdēt nos a tra. Et cogitauerūt in die illa dicētes: Omnis homo quicunq; venerit ad nos in bello die sabbatoꝝ: pugnemus aduersus eū: ⁊ non moriemur oēs sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tūc cōgregata ē ad eos synagoga iudeoꝝ fortis uiribus ex irl: oīs volūtarꝰ ī lege: ⁊ oēs q̄ fugiebāt a malis additi sūt ad eos: ⁊ facti sūt illis ad firmamētū. Et collegerūt exercitū: ⁊ percusserunt peccatores ī ira sua ⁊ uiros: iniq̄s ī idignatione sua: ⁊ ceteri fugerūt ad natiōes: ut euaderēt. Et circuiit matathias ⁊ amici eius ⁊ destruxerūt aras: ⁊ circūciderūt pueros icircūcisos q̄t̄q̄ iuenerūt ī finib⁹ irl ī fortitudine. Et psecuti sunt filios supbie: ⁊ psperatū ē opus ī manibus eoꝝ. Et obtinuerūt legē de mānibus gētiū ⁊ de manib⁹ regū: ⁊ nō dederūt cornu peccōri. Et appropiāqueit dies matathie moriēdi: ⁊ dixit filijs suis: Nunc cōfortata ē supbia et castigatio: ⁊ tēpus euersionis: ⁊ ira indignationis. Nunc ḡo filij emulatores estote legi: ⁊ date aīas vias pro testamēto patruz: ⁊ memētote operuz patrū q̄ fecerūt in generatōibus suis: ⁊ accipietis gloriā magnā ⁊ nomē eternū. Abraā nonne ī tentatione inuentus ē fidelis: ⁊ reputatū ē ei ad iusticiā? Joseph in tpe angustie sue custodiuit mādatū: ⁊ fc̄s est dñs egypti. Phinees pī nī çelādo çelū ōi accepit testamētū sacerdotij eterni. Jesus dū ī pleuit verbū: factus ē dux ī irl. Caleph duz testificat ī eccl'ia: accepit hēditatē. Dauid in sua misericordia cōsecut⁹ ē sedē regni ī secla. Helias dū çelat çelū legis: recept⁹ ē ī celū. Ananias azarias ⁊ misahel credētes liberati sūt ō flāma. Daniel in sua simplicitate libatus ē de ore leonū. Et ita cogitate p generationē ⁊ generationē: q; oēs q̄ sperāt ī eū nō infirmant. Et a vbis uiri peccatoris ne timueritis: q; gloria eius stercus ⁊ vermis ē. Hodie extollit ⁊ cras nō iuenief: q; cōuersus est ī terrā suā: ⁊ cogitatio eⁱ perūt. Vos ḡ filij cōfortamini ⁊ virilit agite in lege: q; cū fecerītis que uobis ꝓcepta sunt ī lege a dño deo vō: in ipsa gloriosi eritis. Et ecce symon frater vester scio q̄ uir consilij est. Ipsum audite semp: ⁊ ipse erit uobis pat̄. Et iudas machabeus fortis uiribus a iuuētute sua sit vobis princeps militie: ⁊ ipse aget bellū ppli. Et adducet ad uos oēs factores legis: ⁊ vindicate vindictam populi uestri. Retribuite retributionem gentibus: ⁊ itendite ī preceptū legis. Et bñdixit eos: ⁊ appositus ē ad pres suos. Et defunctus est anno centesimo quadragesimosexto: ⁊ sepultus est a filijs suis in sepulchris patrum suorum in modin: ⁊ planxerunt eū omnis israel plāctu magno.

.III.

Et surrexit iudas q̄ uocabat machabe
us filius eius pro eo: ⁊ adiuuabāt euz
oēs fratres eius ⁊ vniuersi qui se cōiūxerāt
patri eius: ⁊ p̄liabant p̄liū isrl' cū leticia. Et
dilatauit gloriā populo suo: ⁊ induit se lori
cā sicut gigas ⁊ succīxit se arma bellica sua
ī p̄lijs: ⁊ ꝓtegebat castra gladio suo. Similis
factus ē leoni ī opibus suis: ⁊ sicut catul' leo
nis rugiens ī venatione. Et ꝑsecutus ē iniq̄s
ꝑscrutās eos: ⁊ q̄ conturbabāt ppl'm suuz:
eos succendit flāmis: ⁊ repulsi sūt inimici ei
us p̄ timor ei'. Et omnes oparij iniq̄tates ꝯ
turbati sunt: ⁊ directa ē salus in manu ei'.
Et exacerbabat reges m'tos: ⁊ letificabat ia
cob ī opibus suis: ⁊ in seculū memoria eius
ī bn̄dictiōe. Et pambulabat ciuitates iuda
⁊ ꝑdidit īpios ex eis: ⁊ auertit irā ab isrl'. Et
noīatus ē usq̄z ad nouissimū terre: ⁊ congre
gauit peūtes. Et cōgregauit apollonius gen
tes: ⁊ a samaria uirtutē multā ⁊ magnā ad
bellādū cōtra isrl'. Et cognouit iudas ⁊ exijt
obuiā illi: ⁊ ꝑcussit ⁊ occidit illū ⁊ ceciderūt
vulnerati multi ⁊ reliq̄ fugerūt: ⁊ accepit spo
lia eoꝝ. Et gladiū apollonij abstulit iudas:
⁊ erat pugnās ī eo oībus diebus. Et audiuit
seron prīceps exercitus syrie: q̄ congregauit
iudas cōgregationē fideliū ⁊ ecclesiā secuz.
Et ait: Faciā mihi nomē ⁊ glorificabor ī re
gno: ⁊ debellabo iudaz ⁊ eos qui cum ipso
sunt: q̄ sp̄nebāt verbū regis. Et p̄ꝑauit se: et
ascēderunt cū eo castra īpioꝝ fortes auxilia
rij: ut facerēt vidictā ī filios isrl'. Et appropi
quauerūt vsq̄z bethoron: ⁊ exiuit iudas ob
uiā illis cū paucis. Ut āt uiderūt exercitū ve
niētē sibi obuiā: dixerūt iude: Quō poteri
mus pauci pugnare ꝯtra multitudinē hanc
tantā ⁊ tam fortē. Et nos fatigati sumus ie
iunio hodie. Ec ait iudas: Facile ē concludi
multos ī māu paucoꝝ: ⁊ non est differentia
ī ꝯspectu dei celi liberar̄ in multis ⁊ ī paud:
qm̄ non in multitudine exercitus uictoria
belli: sed de celo fortitudo est. Ipsi veniunt
ad nos ī multitudīe contumaci ⁊ superba
ut disperdant nos ⁊ vxores nostras ⁊ filios
nostros: ⁊ ut spolient nos. Nos vero pugna
bimus pro animabus nostris ⁊ ꝓ legib' no
stris: ⁊ ipse dn̄s conteret eos ante faciem no
stram: Vos autem ne timuerit eos. Ut ces
sauit autem loqui: insiluit in eos subito: ⁊ ꝯ
tritus est seron ⁊ exercitus eius in conspectu
ipsius: ⁊ persecutus est eum in descensu be
thoron vsq̄z in campum. Et ceciderunt ex
eis octingenti uiri: reliqui autē fugerunt in
terram philistijm. Et cecidit timor iude ac
fratrū eius ⁊ formido super oēs gētes in cir
cuitu eoꝝ: ⁊ puenit ad regē nomē ei': ⁊ de p̄
lijs iude narrabant oēs gētes. Ut audiuit āt
rex antiochus s̄mones istos: irat' ē aio ⁊ mi
sit ⁊ congregauit exercitū uniuersi regni sui
castra fortia valde. Et apuit erariū suū: ⁊ d̄
dit stipēdia exercitui ī annū: ⁊ mādauit illis:
ut essēt parati ad oīa. Et vidit q̄ defecit pe
cunia de thesauris suis: ⁊ tributa regionis
modica ꝑꝑ dissenssionē ⁊ plagā quā fecit in
terra: ut tolleret legitima q̄ erant a primis
diebus. Et timuit ne nō haberet ⁊ semel et
bis ī sūptus ⁊ donaria: q̄ dederat āte larga
māu: ⁊ abūdauerat sup r̄ges: q̄ añ eū fuerāt.
Et cōsternatus erat aīo valde: ⁊ cogitauit ir̄
ī ꝑsidem: ⁊ accipe tributa regionū ⁊ ꝯgrega
re argentū multū. Et reliquit lysiam hoīez
nobilē de genē regali sup negocia regia a flu
mīe euphraten vsz ad flumē egypti: ⁊ ut nu
triret antiochū filiū suuz donec rediret. Et
tradidit ei mediū exercitū ⁊ elephantos: ⁊
mādauit ei de oībus q̄ volebat ⁊ de inhitan
tib' iudeā ⁊ irl'm: ⁊ ut mitteret ad eos exerci
tū ad cōterendā ⁊ extirpādā virtutē isrl' ⁊ re
liq̄as irl'm: ⁊ auferēdā memoriā eoꝝ d̄ loco:
⁊ ut cōstitueret habitatores filios aliēigēas
ī oīb' finib' eoꝝ: ⁊ sorte distribueret terram
eoꝝ. Et rex assūpsit ꝑtē exercitus residui: ⁊
exiuit ab antiochia ciuitate regni sui āno cē
tesimo ⁊ q̄dragesimoseptīo: ⁊ transfretauit
euphratē flumē: ⁊ pābulabat superiores re
giones. Et elegit lysias ptolemeū filiū dori
mini ⁊ nicanorē ⁊ gorgiā viros potentes ex
amicis regis: ⁊ misit cū eis q̄draginta milia
uiroꝝ ⁊ septē milia eq̄tū: ut venirent in t̄rā
iuda ⁊ disꝑderēt eā scd̄m verbū regis. Et ꝓ
cesserūt ut irēt cū vniuersa uirtute sua: ⁊ ue
nerunt ⁊ applicuerunt ammauz in terra cā
pestri. Et audierūt mercatores regionuz no
men eorū: ⁊ acceperunt argentum ⁊ aurum
multum ualde: ⁊ pueros: ⁊ venerunt in ca
stra ut acciperent filios isrl' in seruos: ⁊ ad
diti sūt ad eos exercitus syrie ⁊ terre alieni
genarum. Et uidit iudas ⁊ fratres eius: q̄a
multiplicata sunt mala: ⁊ exercitus applica
bat ad fines eoꝝ: ⁊ cognouerunt uerba r̄gl:
que mandauit popl'o facere interitum ⁊ cō
sumationem. Et dixerunt vnusquisq̄z ad ꝓ
ximum suum. Erigamus deiectionem po
puli nostri: ⁊ pugnemus pro populo nostro

non modo bellandi

307

312

ꝛ ſanctis noſtris. Et congregat⁹ ē conuētus vt eſſēt parati in ꝓliū: ꝛ ut orarent ꝛ pete:ēt miſericordiā ꝛ miſatiōes. Et ieruſalē non habitabat: ſed erat ſicut deſertū. Non erat q̄ ingrederet ꝛ egrederet de natis eius: ꝛ ſāctum cōculcabat. Et filij alienigenaꝝ erāt in arce: ibi erat habitatio gētiū. Et ablata eſt voluptas a iacob: ꝛ defecit ibi tibia ꝛ cithara. Et ꝓgregati ſunt ꝛ ueneīt i maſphat ꝓtra ifrl̄: q̄a locus oꝛonis erat i maſphat añ i iſrl̄. Et ieiunauerūt illa die: ꝛ iduerūt ſe cilicijs ꝛ cinerē ipoſuerūt capiti ſuo: ꝛ diſſuerūt veſtimēta ſua. Et expāderūt libꝛos legis de q̄b⁹ ſcrutabāt gentes ſimilitudinē ſimulacroꝝ ſuoꝝ: ꝛ attulerūt oꝛnamēta ſacerdotalia ꝛ ꝓmitias ꝛ decimas: ꝛ ſuſcitauerūt naçareos q̄ impleuerāt dies. Et clamauerūt voce magna i celū dicētes: Quid faciem⁹ iſtis: ꝛ quo eos ducemus? Et ſancta tua cōculcata ſūt ꝛ cōtamiata ſūt: ꝛ ſacerdotes tui facti ſunt i luctū ꝛ in humilitatē. Et ecce nationes cōuenerūt aduerſū nos: ut nos diſpdāt. Tu ſcis que cogitant in nos. Quō poterim⁹ ſubſiſtē ante faciez eoꝝ: niſi tu deus adiuues nos? Et tubis exclamauerūt voce magna. Et p⁹ hec cōſtituit iudas duces ppli: tribūos ꝛ cēturiones ꝛ pentachontarchos ꝛ decuriōes. Et dixit his qui edificabant domos ꝛ ſponſabant vxoꝛes ꝛ plantabant uineas ꝛ timidos: ut redirent unuſq̄ſq̄ in domū ſuaꝝ ſecūdū legē. Et mouerunt caſtra: ꝛ collocauerūt ad auſtrū ammaū. Et ait iudas: Accingimini ꝛ eſtote filij potentes: ꝛ eſtote parati in mane ut pugnetis aduerſus nationes has: que ꝓueneīt diſpdē nos ꝛ ſancta noſtra: q̄m melius ē nos mori i bello: q̄ꝫ videre mala gentis noſtre ꝛ ſcoꝝ. Sicut autez fuerit uoluntas in celo ſic fiat.

.IIII.

Et aſſūpſit gorgias q̄nq̄ milia uiroꝝ ē ꝛ mille eq̄tes electos. Et mouerūt caſtra nocte ut applicarēt ad caſtra iudeoꝝ: ꝛ peuterēt eos ſubito. Et filij qui erant ex arce: erāt illis duces. Et audiuit iudas: ꝛ ſurrexit ipſe ꝛ potētes pcutē virtutē exercituū regis: qui erant i ammaū. Adhuc enī diſpſus erat exercitus a caſtris. Et uenit gorgias i caſtra iude noctu: ꝛ neminē inuenit. Et querebat eos i mōtibus: q̄m dixit: fugiūt hi a nobis. Et cū dies factus eſſet: appuit iudas in cāpo cū tribus milibus uiroꝝ tm̄: qui tegumenta ꝛ gladios nō habebant. Et uiderunt caſtra gētiū valida: ꝛ loricatos ꝛ eq̄tatus in circuitu eoꝝ: ꝛ hi docti ad ꝓliū. Et ait iudas uiris q̄ ſecū erant: Ne timueritis multi tudinē eoꝝ: ꝛ impetum eoꝝ ne formidetis. Memētote q̄lr ſalui facti ſūt patres noſtri i mari rubro: cuꝫ ſequeret eos pharao cū exercitu multo. Et nūc clamem⁹ i celū ꝛ miſerebit nr̄i dñs: ꝛ memor erit teſtamēti patrum noſtroꝝ: ꝛ cōteret exercitū iſtū añ faciē nr̄aꝫ hodie: ꝛ ſciēt oēs gētes q̄a eſt deus qui redimat et liberet iſrl̄. Et leuauerūt alienigene oculos ſuos: et uiderūt eos venientes ex aduſo. Et exierūt de caſtris i ꝓliū: et tuba cecinerunt hi q̄ fuerant cū iuda. Et cōgreſſi ſūt: et cōtrite ſunt gentes et fugerūt i cāpū. Nouiſſimi aūt ceciderūt i gladio: et pſecuti ſunt eos uſq̄ gazeron et uſq̄ i campos idumee et azoti et iamme: et ceciderūt ex illis uſq̄ ad tria milia uiroꝝ. Et reuerſus eſt iudas: et exercitus ei⁹ ſequēs eū. Dixitq̄ ad ppl̄z: Nō ꝛcupiſcat ſpolia q: bellū ꝓtra nos ē: et gorgias et exercit⁹ ei⁹ ppe nos i mōtib⁹: ſz ſtate nūc ꝓtra inimicos nr̄os et expugnate eos: et ſumet⁹ poſtea ſpolia ſecūi. Et adhuc loq̄nte iuda hec: ecce appuit pars q̄dā pſpiciēs de mōte. Et uidit gorgias q̄ i fugā ꝓuerſi ſūt ſui: et ſuccenſa ſūt caſtra. Fumus. n. q̄ videbatur ꝛclarabat quod factū ē. Quib⁹ illi conſpectis timuerūt valde: aſpiciētes ſimul et iudam: et exercitū i campo paratū ad ꝓlium. Et fugerunt oēs i cāpo alienigēaꝝ: et iudas reuerſus ē ad ſpolia caſtroꝝ. Et acceperūt aurū multū et argentū et hyacinthū et purpurā marinam et opes magnas: et cōuerſi hymnū canebant et bñdicebāt deū in celū: q̄m bonus ē: q̄m in ſeculū miſericordia ei⁹. Et facta ē ſalus magna in iſrl̄ in die illa. Quicūq̄ aūt alienigēarū euaſerunt: venerunt et nunciauerūt lyſie vniuerſa que acciderant. Quibus ille audiſis: conſternatus animo deficiebat: q̄ non q̄lia uoluit: talia contigerunt in iſrl̄: et qualia mandauit rex. Et ſequenti anno congregauit lyſias uiroꝝ electoꝝ ſexaginta milia: ꝛ equitum quinq̄ milia: ut debellaret eos. Et uenerunt in iudeam: et caſtra poſuerūt i bethoꝛon: ꝛ occurrit illis iudas cum decez milibus uiris. Et uiderunt exercitum fortem ꝛ oꝛauit ꝛ dixit: Bñdictus es ſaluator iſrl̄ q̄ contriſti impetū potētis in manu ſerui tui dauid: ꝛ tradidiſti caſtra alienigenaꝝ i manu ionathe filij ſaul ꝛ armigeri eius. Cōcide exercitū iſtū i mānu ppli tui iſrl̄: ꝛ cōfundant

i exercitu suo ⁊ eq̃tib⁹. ☩ Da illis formidinẽ: ⁊ tabefac audaciã virtut⁹ eor: ⁊ cõmoueã tur contritiõe sua. ☩ Deyce illos gladio diligẽ tiũ te: ⁊ collaudẽt te oẽs q̃ nouerũt nomen tuũ in hymnis. ✠ Et cõmiserũt pliũ: ⁊ ceciderũt de exercitu lysie quinq̃ milia uiror. ☩ Ui dẽs ãt lysias suor fugã ⁊ iudeor audaciã: ⁊ q̃ parati sĩt aut uiuẽ aut mori fortit: abijt antiochiã ⁊ elegit milites: ut mltiplicati ur sus venirẽt i iudeã. ☩ Dixit autẽ iudas ⁊ fres eius: ✠ Ecce cõtriti sũt inimici nostri: ascenda mus nunc mundare sãcta ⁊ renouare. ✠ Et p gregat⁹ ẽ ois exercitus: ⁊ ascenderunt in mõ tẽ syon. ✠ Et uiderũt sãctificationẽ desertam: ⁊ altare pphanatũ: ⁊ portas exustas: ⁊ in a trijs uirgulta nata sicut in saltu uel in mon tibus: ⁊ pastophoria diruta. ✠ Et sciderũt ve stimẽta sua: ⁊ planxerũt planctu magno: ⁊ i posuerũt cinerẽ sup caput suũ: ⁊ ceciderunt i faciẽ sup terrã: ⁊ exclamauerũt tub⁹ signo rũ: ⁊ clamauerũt i celũ. ✠ Tũ ordinauit iudas viros ut pugnarẽt aduersus eos qui erant i arce: donec emundarẽt sãcta. ✠ Et elegit sacer dotes sine macula volũtatẽ hñtes i lege dei: ⁊ mũdauerũt sãcta: ⁊ tulerũt lapides conta miationis i locũ imũdũ. ✠ Et cogitauit de al tari holocaustor q̃ pphanatũ erat: quid ỏ eo faceret. ✠ Et icidit illi cõsiliũ bonũ ut ỏstu ret illud: ne forte illis esset i oppr obriũ: q: cõ tamiauerunt illud gentes: ⁊ demoliti sĩt illõ. ✠ Et reposuerũt lapides i monte domus i lo co apto: quoadusq̃ veniret pphet⁹ ⁊ rñdẽt de eis. ✠ Et acceperũt lapides integros secun dũ legẽ: ⁊ edificauerũt altare nouũ secundũ illud q̃ fuit p:ius: ⁊ edificauerunt sancta: ⁊ que intra domũ erant intrinsecus ⁊ edem ⁊ atria sanctificauerũt. ✠ Et fecerũt uasa sãcta noua: ⁊ itulerũt cãdelabrum ⁊ altare incen sor⁹ ⁊ mẽsam i templũ. ✠ Et incẽsum posue rũt super altare: ⁊ accenderũt lucernas que super candelabrũ erãt: ⁊ lucebant in tẽplo. ✠ Et posuerunt super mensam panes: ⁊ appẽ derunt velamina: ⁊ consumauerunt omnia opera que fecerunt. ✠ Et ante matutinum sur rexerunt quinta ⁊ vicesima die mẽsis noni. hic est mensis casleu cẽtesimi quadragesimi octaui anni: ⁊ obtulerunt sacrificium secun dum legem super altare holocaust⁹ nor uum q̃ fecerunt. ☩ Pcõm tempus ⁊ secũdus die in qua cõtamiauerũt illud gentes: in ipa renouatũ est in canticis ⁊ citharis ⁊ cynaris ⁊ cymbalis. ✠ Et cecidit ois pplus i faciẽ: ⁊ ado rauerunt ⁊ bñdixerũt i celũ eũ qui pspauit eis. ✠ Et fecerũt dedicationẽ altaris dieb⁹ octo ⁊ obtulerũt holocausta cum leticia: ⁊ saluta ria laudis. ✠ Et ornauerũt faciẽ tẽpli coronis aureis ⁊ scutulis: ⁊ ỏdicauerũt portas ⁊ pa stophoria: ⁊ imposuerũt eis ianuas: ✠ Et fca est letitia i pplo magna ualde: ⁊ auersũ ẽ op pbriũ gentiũ. ✠ Et statuit iudas ⁊ fres eius et vniuersa ecclia israel: ut agatur dies dedica tionis altaris in temporibus suis ab anno i annũ per dies octo: a quinta ⁊ uicesima die mensis casleu cum lecicia ⁊ gaudio. ✠ Et edifi cauerunt in tpe illo montẽ syon: ⁊ p circui tũ muros altos ⁊ turres firmas: neq̃ ñ veni rẽt gẽtes ⁊ cõculcarẽt eũ sicut ãtea feceãt. ✠ Et collocauit illic exercitũ ut seruarẽt eũ: ⁊ mu niuit eũ ad custodiẽdã bethsurã: ut haberet pplus munitionẽ ptra faciẽ idumee.

¶.V.

✠ Et factũ ẽ ut audierũt gẽtes i circuitu q̃a edificatũ ẽ altar ⁊ sanctuariũ sicut pus: irate sũt ualde: ⁊ cogitabant tollere ge nus iacob: qui erant inter eos: ⁊ ceperũt oc cidere de pplo ⁊ persequi. ✠ Et debellabat iu das filios esau i idumea ⁊ eos qui erãt i ara bathane q: circũsedebant isrlitas: ⁊ pcussit eos plaga magna. ✠ Et recordatus est malicia filior bean: q̃ erãt populo in laqueũ ⁊ i scã dalũ insidiantes ei in uia. ✠ Et concluſi sĩt ab eo i turrib⁹: ⁊ applicuit ad eos: ⁊ anathema tiçauit eos: ⁊ incendit turres eor igni cũ oi bus q̃ in eis erãt. ✠ Et trãsiuit ad filios amo ⁊ inuenit manu forte ⁊ populum copiosu: ⁊ timotheũ ducẽ ipsor. ✠ Et cõmisit cũ eis p lia multa ⁊ cõtriti sũt in conspectu eor ⁊ p cussit eos: ⁊ cepit iacer ciuitatẽ ⁊ filias eius: ⁊ reuersus ẽ i iudeã. ✠ Et congregate sũt gẽte) que sunt in galaad aduersus israelitas qui erant in finibus eor ut tollerẽt eos: ⁊ fuge runt in datheman munitionẽ: ⁊ miserũt lit teras ad iudã ⁊ fratres eius dicẽtes: ✠ Cõgre gate sũt aduersũ nos gentes p circuitum ut nos auferant: ⁊ parant vẽire ⁊ occupaꝛ mu nitionẽ i quã pfugimus: ⁊ timotheus ẽ dux exercitus eor. ✠ Nũc g̃ ueni ⁊ cripe nos ỏ ma nibus eor: q: cecidit multitudo de nobis. ✠ Et oẽs fres nostri q̃ erant in locis tubin iter fecti sũt: ⁊ captiuas duxerũt uxores eorũ et natos ⁊ spolia: ⁊ pemerũt illic fere mille uiros. ✠ Et adhuc epistole legebantur. ✠ Et ecce alij nuncij uenerunt de galilea consciſſis tu nicis nunciantes secũdum vba hec: dicẽtes

308

313.

conueniſſe aduerſū ſe a ptolemaide ⁊ tyro ⁊ ſidone: ⁊ repleta eſt oīs galilea alienigenis ut nos conſumant. ¶Ut audiuit autē iudas ⁊ pplus ſermōes iſtos: cōuēit eccl'ia magna cogitare quid facerent fratrib⁹ ſuis q̄ i tribulatiōe erant ⁊ expugnabant ab eis. Dixitq; iudas ſymoni fratri ſuo: Elige tibi uiros et uade ⁊ liba fres tuos i galilea: ego autē ⁊ fr̄i me⁹ ionathas ibim⁹ i galaaditidis. Et reliqt ioſephū filiū ẓacharie ⁊ azariā duces popli cū reſiduo exercitu i iudea ad cuſtodiā: ⁊ p̄cepit illis dicēs: ¶Preeſtote pplo huic: ⁊ nolite bellū cōmittē aduerſū gentes donec ꝛuertamur. Et dati ſunt ſymoni uiri tria milia ut iret in galileā: iude autē octo milia in galaaditidim. Et abiit ſymon in galileam: ⁊ p̄ miſit prelia multa cum gentibus. Et contrite ſunt gentes a facie eius: ⁊ perſecutus eſt eos uſq; ad portam ptolemaidis. Et cecide runt de gentib⁹ fere tria milia uiroꝝ: ⁊ accepit ſpolia eoꝝ. Et aſſūpſit eos q̄ erant i galilea ⁊ in arbatis cū uxorib⁹ ⁊ natis ⁊ oībus que erant illis: ⁊ adduxit in iudeā cū leticia magna. Et iudas machabeus ⁊ ionathas fr̄ eius tranſierunt iordanem: ⁊ abierunt uiaꝝ triū dieꝝ in deſertū. Et occurrerunt eis nabuthei ⁊ ſuſcepēt eos pacifice ⁊ narraueīt eis oīa que acciderāt fratrib⁹ eoꝝ in galaaditiḋ: ⁊ qr multi ex eis cōphēſi ſunt in baraſa ⁊ boſor ⁊ in alimis ⁊ in caſphor ⁊ mageth ⁊ carnaim. Pe oēs ciuitates munite ⁊ magne. ¶Sed ⁊ in certis ciuitatib⁹ galaaditidis tenentur comprehenſi. Et in craſtinū conſtituerunt admouere exercitū ciuitatibus hiſ: ⁊ cōprehendere ⁊ tollere eos in una die. Et conuertit iudas ⁊ exercitus eius uiam in ō ſertum boſor repente: ⁊ occupauit ciuitateꝫ ⁊ occidit oēm maſculum in ore gladij: ⁊ accepit oīa ſpolia eoꝝ ⁊ ſuccendit eaꝫ igni. Et ſurrexerūt inde nocte: ⁊ ibant uſq; ad munitionē. Et factū ē diluculo cum eleuaſſēt oculos ſuos: ⁊ ecce pplus multus cuius nō erat numerus: portantes ſcalas ⁊ machinas: ut p̄phēderēt munitionē ⁊ expugnarent eos. Et vidit iudas q̄ cepit bellū: ⁊ clamor belli aſcēdit ad celū ſicut tuba: ⁊ clamor magnus de ciuitate. Et dixit exercitui ſuo: ¶Pugnate hodie p fratrib⁹ vr̄is. Et uenit trib⁹ ordinib⁹ p̄ eos: ⁊ exclamauerūt tubis ⁊ clamauerūt i oꝛone. Et cognouerūt caſtra timothei q̄a machabeus eſt: ⁊ refugerunt a facie eius. Et p̄cuſſerūt eos plaga magna: ⁊ ceciderūt ex eis in die illa fere octo milia uiroꝝ. Et diuertit iudas i maſpha ⁊ expugnauit ⁊ cepit eam: ⁊ occidit oēm maſculū eius ⁊ ſumpſit ſpolia eius ⁊ ſuccēdit eam igni. Inde prexit ⁊ cepit caſbon: ⁊ maged ⁊ boſor: ⁊ reliquas ciuitates galaditidis. Poſt hec autem v̄ba congregauit timotheus exercituꝫ aliū: ⁊ caſtra poſuit ꝓtra raphon trans ꝛuentē. Et miſit iudas ſpeculari exercitū: ⁊ renunciauerunt ei dicētes: q̄ cōuenerūt ad eū oēs gētes: que in circuitu noſtro ſunt: ⁊ exercitus multus nimis. Et arabas conduxerunt in auxiliuꝫ ſibi: ⁊ caſtra poſuerunt trans ꝛuentē: parati ad te venire in preliū. Et abiit iudas obuiā illis. Et ait timotheus p̄cipib⁹ exercitus ſui: Cū appꝛopinquauerit iudas et exercit⁹ ei⁹ ad ꝛuentē aq̄: ſi tranſierit ad nos p̄ior: nō poterim⁹ ſuſtinē euꝫ: q̄ potēs poterit aduerſū nos. Si vo timuerit tranſire ⁊ poſuerit caſtra extra flumē: tranſfretem⁹ ad eos: ⁊ poterim⁹ aduerſus illū. ¶Ut autē appꝛopinquauit iudas ad ꝛuentē aq̄ ſtatuit ſcribas pplī ſecus ꝛuentē: ⁊ mādauit eis dicēs: Neminē hoiuꝫ reliq̄rit: ſꝫ ueniāt oēs i plīū. trāſfretauit ad illos p̄ior: ⁊ oīs pplus poſt eū. Et cōtrite ſūt oēs gētes a facie eoꝝ: ⁊ pie cerūt arma ſua: ⁊ fugerūt ad phanū: qō erat in carnaī. Et occupauit ipſā ciuitatē: ⁊ phanū ſuccēdit igni cū oībus que erāt i ipſo. Et oppreſſa eſt carnaim: ⁊ non potuit ſuſtinē cōtra faciē iude. Et congregauit iudas vniu ſos iſraelitas qui erāt in galaaditide a mīmo uſq; ad maximū: ⁊ vxores eoꝝ: ⁊ natos ⁊ exercituꝫ magnum valde: ut uenirent in t̄ram iude. Et uenerunt uſq; ephron: ⁊ hec ciuitas magna in ingreſſu poſita munita ualde. Et non erat declinare ab ea dextra l' ſiniſtra: ſed per mediam iter erat. Et incluſerunt ſe qui erant in ciuitate: ⁊ obſtruxerunt portas lapidibus. Et miſit ad eos iudas v̄bꝫ pacificis dicens: Tranſeamus per terram ueſtram ut eamus in terram noſtram: ⁊ nemo uobis nocebit: tantum pedibus tranſibimus. Et nolebant eis aperire. Et p̄cepit iudas p̄dicari in caſtris: ut applicaret unꝰ quiſq; in quo erat loco. Et applicuerunt ſe uiri uirtutis: ⁊ oppugnauit ciuitatem illam tota die ⁊ tota nocte: ⁊ tradita eſt ciuitas in manu eius. Et peremerunt omnem maſculum in ore gladij: ⁊ eradicauit eaꝫ: ⁊ accepit ſpolia eius: ⁊ tranſiuit per totā ciuitatē ſup interfectos. Et trāſgreſſi ſunt iordanē i cāpo

magno contra faciē bethſan. Et erat iudas congregans extremos: ⁊ exhortabat ppl̃z p totā vīā dōec venirēt ī t̄rā iuda. Et aſcendīt ī mōtē ſyon cum leticia ⁊ gaudio: ⁊ obtulerūt holocauſta: q̄ nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterent in pace. Et in dieb⁹ q̄b⁹ erat iudas ⁊ ionathas in t̄ra galaad: ⁊ ſymō frater ei⁹ ī galilea ꝓtra faciē ptolemaidis audiuit ioſephus ẓacharie filī⁹: ⁊ azarias ꝓnceps virtutis res bene geſtas: ⁊ prelia q̄ facta ſūt: ⁊ dixit: faciam⁹ ⁊ ipſi nobis nomē ⁊ eamus pugnare aduerſus gētes que in circuitu nr̄o ſūt. Et precepit his q̄ erant in circuitu ſuo ⁊ abierunt iamniā: ⁊ exiuit gorgias ⁊ ciuitate: ⁊ uiri eius obuiā illis ī pugnā. Et fugati ſūt ioſephus ⁊ azarias vſq; ī fines iudee: et ceciderūt illa die ⁊ ppl̃o iſrl̃ ad duo milia viri. Et facta ē plaga magna in populo: quia nō audierūt iudā ⁊ frēs eius: eſtimātes fortiter ſe facturos. ℣ſi aūt nō erāt ⁊ ſemie uiroz illoz: p q̄s ſal⁹ facta ē in iſrl̃. Et uiri iuda magnificati ſunt ualde ī ꝓſpectu oīs iſrl̃ ⁊ gētiū oīum: vbi audiebaī nomē eoz. Et ꝓ uenerūt ad eos fauſta acclamātes. Et exiuit iudas ⁊ fratres ei⁹ ⁊ expugnabāt filios eſau ī t̄ra q̄ ad auſtrū eſt: ⁊ pcuſſit chebron ⁊ filias eius: ⁊ muros eius ⁊ turres eius ſuccēdit igne in circuitu. Et mouit caſtra ut iret ī terrā alienigenaz: ⁊ perambulabat ſamariaz. ℣n illa die ceciderūt ſacerdotes in bello dū uolunt fortiter facere: dum ſine conſilio exeunt in prelium. Et declinauit iudas in açotuz in terram alienigenaz: ⁊ diruit aras eoruz ⁊ ſpolia deorum ſuorum ſuccendit igni: et cepit ſpolia ciuitatum ⁊ reuerſus eſt in terram iuda.

¶. VI.

Et rex antioch⁹ perambulauit ſupiores regiones. Et audiuit eē ciuitatē elimaidem ī pſide nobiliſſimā ⁊ copioſam ī argento ⁊ auro: tēplūq; in ea locuples valde. Et illic velamina aurea ⁊ loꝛice ⁊ ſcuta: que reliquit alexander philippi rex macedo qui regnauit primus in grecia. Et venit ⁊ querebaī capere ciuitatē ⁊ depredari eam: ⁊ ñ potuit q̄m innotuit ſermo his qui erant in ciuitate. Et inſurrexerunt in prelīū ⁊ fugit inde: ⁊ abīt cū triſtitia magna: ⁊ reuerſus eſt babyloniā. Et venit q̄ nunciaret ei in perſide: q⁹ fugata ſunt caſtra que erant in terra iuda: ⁊ q⁹ abīt lyſias cum uirtute fortī in primis ⁊ fugat⁹ ē a facie iudeoz: ⁊ ĩualuerunt armis ⁊ viribus ⁊ ſpoliis multis q̄ ceperūt de caſtris que excidерunt: ⁊ quia diruerunt abominationē quā edificauerāt ſup altaī qō erat in irl̃m: ⁊ ſcificationē ſicut prius circūderūt muris excelſis: ſz ⁊ bethſurā ciuitatez ſuā. Et factū ē ut audiuit rex ſmōes iſtos expauit ⁊ cōmotus ē ualde: ⁊ decidit i lectū ⁊ icidit i languorē pre triſticia: q⁹ nō ē fct̄m ſic cogitabat. Et erat illic p dies multos: ꝺa renouata eſt in eo triſtitia magna ⁊ arbitrat⁹ ē ſe mori. Et vocauit oēs amicos ſuos: ⁊ dixit illis: Receſſit ſomn⁹ ab oculis meis: ⁊ cōcidi ⁊ corruī corde pre ſolicitudine. Et dixi ī corde meo: ℣n quantaz tribulationē deuēi: ⁊ in quos fluctus triſticie in qua nunc ſum: q̄ iocundus erā ⁊ dilectus in poteſtate mea. Nunc vō reminiſcor malorum q̄ feci in irl̃m: vnde ⁊ abſtuli oīa ſpolia aurea ⁊ argentea q̄ erant in ea: ⁊ miſi auferre habitantes iudeā ſine cauſa. Cognoui g̃ ꝺa ꝓpt̄ea inuenerūt me mala iſta: ⁊ ecce pereo triſticia magna in t̄ra aliena. Et uocauit philippum vnū de amicis ſuis: ⁊ prepoſuit eū ſup vniuerſū regnū ſuū. Et dedit ei diadema: ⁊ ſtolaz ſuā ⁊ annulū: ut adduceret ānthiochū filiū ſuū ⁊ nutriret eū ⁊ regnaret. Et mortuus eſt illic antioch⁹ rex anno centeſimo quadrageſimonono. Et cognouit lyſias q̄m mortuus eſt rex: ⁊ conſtituit regnare antiochū filiū ei⁹ quē nutriuit adoleſcētē: ⁊ uocauit nomē eius eupatorez. Et hi qui erāt ī arce cōcluſerāt iſrl̃ in circuitu ſcōz: ⁊ querebāt eis mala ſemp ad firmamētū gētiū. Et cogitauit iudas diſpdē eos: ⁊ cōuocauit vniuerſū popl̃m ut obſiderent eos. Et conuenerūt ſimul: ⁊ obſederunt eos anno centeſimo quinquageſimo: ⁊ fecerunt baliſtas ⁊ machinas. Et exierunt quidā ex eis q̄ obſidebant: ⁊ adiūxerūt ſe illis aliq̄ impīj ex iſrl̃: ⁊ abierūt ad regē ⁊ dixerūt: Quouſq; nō facis iudiciū: ⁊ vindicas frēs noſtros? Nos decreuim⁹ ſeruire patri tuo ⁊ ambulare in preceptis eius ⁊ obſeq̄ edictis eius: ⁊ filīj populi noſtri ꝓpter hec alienabāt ſe a nobis. Et q̄cunq; inueniebant ex nobis interficiebant: ⁊ hereditates noſtre diripiebātur. Et ñ ad nos tm̄ extēderūt manū: ſz ⁊ in oēs fines noſtros. Et ecce applicuerūt hodie ad arcem in irl̃m occupare eam: ⁊ munitionez in bethſuram munierunt. Et niſi preueneri eos velocius: maiora q̄ hec facient: ⁊ nō poteris obtinere eos. Et iratus eſt rex vt hec audiuit: ⁊ conuocauit omnes amicos ſuos

Anno cētesimo septuagesimo secundo congregauit rex demetriꝰ exercitū suū: ⁊ abiit i mediā ad cōtrahenda sibi auxilia: ut expugnaret triphonē. Et audiuit arsaces rex p̄sidis ⁊ medie q̄a intrauit demetrius ⁊ fines suos: ⁊ misit unū ō p̄ncipibus suis ut p̄phēderet eū uiuū: ⁊ adduceret eū ad se. Et abiit ⁊ pcussit castra demetrij: ⁊ p̄phēdit eū ⁊ duxit eū ad arsacē: ⁊ posuit eū i custodiā. Et siluit oīs terra iuda oibus diebus symonis: ⁊ q̄siuit bona gēti sue: ⁊ placuit ill⁹ ptās ei⁹: ⁊ gl̄ia ei⁹ oib⁹ dieb⁹. Et cū oi gl̄ia sua accepit ioppē i portū: ⁊ fecit itroitū i insulis maris. Et dilatauit fines gentis sue: ⁊ obtinuit regionē. Et cōgregauit captiuitatē multā: ⁊ dn̄atus ē gazare ⁊ bethsure ⁊ arci: ⁊ abstulit imūdicias ex ea: ⁊ non erat q̄ resisteret ei. Et unusq̄sq; colebat ṫrā suā cū pace: ⁊ terra iuda dabat fructus suos: ⁊ ligna camporuꝫ fructū suū. Seniores i plateis seōbant oēs. ⁊ de bonis terre tractabāt: ⁊ iuuenes induebāt se gloriā ⁊ stolas belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias: ⁊ cōstituebat eas ut eēnt uasa munitionis: q̄ adusq; noīnatū ē nomē gl̄ie ei⁹ usq; ad extremū ṫre. Fecit pacē sup ṫrā: ⁊ letat⁹ ē isr̄l̄ leticia magna. Et sedit un⁹ q̄sq; sub uite sua: ⁊ sub ficulnea sua: ⁊ n̄ erat q̄ eos t̄reret. Defecit ipugnās eos sup ṫrā: ⁊ ges cōtriti sūt i diebus illis. Et confirmauit oēs hūiles pp̄lū sui: ⁊ legē exq̄siuit: ⁊ abstulit oēz iniquū ⁊ malū. Sācta glorificauit: ⁊ ml̄tiplicauit vasa scōꝝ. Et auditū ē rome: q; ō defūctus ēet ionathas ⁊ usq; in spartiatas: ⁊ cōtristati sūt ualde. Ut audierūt aūt q⁹ symon frat̄ ei⁹ factus esset sūmus sacerdos loco ei⁹: ⁊ ipse obtineret oēz regionē ⁊ ciuitates i ea: scripserūt ad eū tabulis ereis ut renouarēt amicitias ⁊ societatez: quā fecerāt cū iuda ⁊ cū ionatha fratribus ei⁹. Et lecte sūt i p̄spectu eccl̄ie i ir̄l̄m. Et hoc exēplū epistolaꝝ q̄s spartiate miserūt. Spartianoꝝ p̄ncipes ⁊ ciuitates symōi sacerdoti magno ⁊ seniorib⁹ ⁊ sacerdotib⁹ ⁊ reliq̄ pp̄lo iudeoꝝ frib⁹ salutē. Legati q̄ missi sūt ad populū nostrū nunciauerunt nobis de uīa gloria ⁊ honore

ꝛ leticia:ꝛ gauisi sumus i introitu eoꝝ. Et scripsim' q̄ ab eis erāt dicta i cōcilijs populi sic: Numeni' antiochi ꝛ ātipater iasōis filij' legati iudeoꝝ uenerūt ad nos: renouātes nobiscū amicitiā pristinā. Et placuit poplo ex cipe uiros glioſe: ꝛ ponē exēplū sermonū eoꝝ ꝛ i segregatis pplī libris: ut sit ad memoriā pplo spartiataꝝ. Exēplū aūt hoꝝ scripsim' symoni magno sacerdoti. Post hoc aūt misit symon numeniū romā hītē clypeū aureum magnū pōdo minaꝝ mille: ad statuēdā cū eis societatē. Qū aūt audisset ppls romanus ſmōes istos: dixerūt: Quā gratiaꝝ actōez reddem' symoni ꝛ filijs ei': Restituit. n. ipse fres tuos: ꝛ expugnauit inimicos isrl' ab eis. Et statuerūt ei libtatē: ꝛ descripserūt i tabulis ereis: ꝛ posuerūt i titulis i mōtē syon. Et hoc ē exēplū scripture. Octauadecima die mēsis ebul anno cētesimo septuagesio scōo āno ctio sb symōe sacerdote magno i assara mel i cōuētu' magno sacerdotū ꝛ pplī ꝛ prīcipū ꝛ gētis ꝛ seniorꝝ regiōis nota facta sūt hec: qm frequēt facta sūt plia i regione nīa. Symō aūt matathie filī' ex filijs iarib ꝛ fres ei' dederūt se piculo: ꝛ restitezūt aduersarijs gētis sue: ut starēt sca ipsoꝝ ꝛ lex: ꝛ gl'ia magna glorificauerūt gētē suā. Et congregauit ionathas gētē suā: ꝛ fact' ē illis sacerdos magnus: ꝛ appositꝰ ē ad pplm suū. Et uoluerūt inimici eoꝝ calcare sca: ꝛ atterere regionem ipsoꝝ: ꝛ extēdē man' i sca scoꝝ. Tūc restitit symon ꝛ pugnauit p gēte sua: ꝛ erogauit pecunias multas: ꝛ armauit uiros uirtutis gētis sue: ꝛ dedit illis stipēdia. Et muniuit ci uitates iudee ꝛ bethsurā q̄ erat in finib' iudee: ubi erāt arma hostiū ātea: ꝛ posuit illic psidiuz uiros iudeos. Et ioppen muniuit q̄ erat ad mare: ꝛ gazaram q̄ ē i finibus azoti: i qua hostes antea habitabāt: ꝛ collocauit illic iudeos: ꝛ qcūqz apta erāt ad cozeptōez eoꝝ posuit i eis. Et uidit pplus actū symōis ꝛ gl'iam quā cogitabat facē gēti sue: ꝛ posuerūt eū ducē suū ꝛ pncipē sacerdotū eo q̄ ipe fecerit hec oia: ꝛ iusticiā ꝛ fidē quā cōserauit gēti sue: ꝛ exq̄siuit oi mō exaltare pplum suū. Et i diebꝰ ei' ꝓspatū ē i manibus ei' ut tollerēt gētes de regione ipsoꝝ: ꝛ q̄ i ciuitate dauid erāt i irl'm i arce de qua procedebant ꝛ cōtamiabāt oia q̄ i circuitu sanctoꝝ sūt: ꝛ i fezebāt plagā magnā castitati. Et collocauit i ea uiros iudeos ad tutamentuz regionis ꝛ ciuitatis: ꝛ exaltauit muros i irl'm. Et rex demetri' statuit illi sūmū sacerdotiū. Pcōm hec fecit eū amicis suis: ꝛ gl'ificauit eū i gloria magna. Audiuit. n. q̄ appellati sunt iudei a romānis amici ꝛ socij ꝛ fres: ꝛ q: suscepezit legatos symōis gl'iose: ꝛ q: iudei ꝛ sacerdotes eoꝝ cōsenserūt eū ee ducē suū ꝛ sūmū sacerdotē i etnū: donec surgat ppheta fidelis: ꝛ ut sit sup eos dux: ꝛ ut cura esset illi p scis: ꝛ ut pstituēt ppositos sup opa eoꝝ ꝛ sup regionē: ꝛ sup arma ꝛ sup psidia: ꝛ cura sit illi de scis: ꝛ ut audiat ab oibus: ꝛ scribāt i noie ei' oēs cōscriptiones in regiōe: ꝛ ut opiat purpura ꝛ auro: ꝛ ne liceat ulli ex poplo ꝛ ex sacerdotib' irritū facere aliq̄d hoꝝ: ꝛ ptradicere his q̄ ab eo dicūt: aut cōuocare cōuētū i regiōe sine ipo: ꝛ vestiri purpura ꝛ uti fibula aurea. Qui āt fecerit extra hec: aut irritū fecerit aliq̄d hoꝝ: reus erit. Et cōplacuit oi pplo statuē symonē: ꝛ facē scōz ẏba ista. Et suscepit symō ꝛ placuit ei ut sūmo sacerdotio fūgeret: ꝛ esset dux ꝛ pnceps gētis iudeoꝝ ꝛ sacerdotū: ꝛ pesset oib'. Et scripturā istaz dixerūt ponē i tabulis ereis: ꝛ ponē eas i pe rybolo sanctoꝝ i loco celebri. Exēplū āt eoꝝ ponē i erario: ut habeat symō ꝛ filij ei'.

¶. XV.

Et misit rex antiochus filius demetrij epistolas ab isulis maris symōi sacerdoti ꝛ pricipi gētis iudeoꝝ ꝛ uniuerse genti: ꝛ erant continentes hunc moduz. Rex antiochus symōi sacerdoti magno ꝛ gētī iudeoꝝ salutē. Qm qdam pestilētes obtinuerunt regnū patꝝ nroꝝ: volo aūt vēdicare regnū et restituē illud sic erat ātea: ꝛ lectā feci multitudinē exercit': ꝛ feci naues bellicas. Volo āt pcedē p regionē ut ulciscar in eos q̄ corrupezit regionē nīaz: ꝛ q̄ desolauerūt ciuitates multas i regno meo. Nūc g̃ statuo tibi oēs oblationes qs remiserūt tibi añ me oēs reges: et quecūqz alia dona remiserūt tibi: ꝛ pmitto tibi facē pcussurā ppriā nummismatis i regione tua. Jerusalē autē scāz esse ꝛ liberā: ꝛ oia arma q̄ fabricata sī ꝛ psidia q̄ cōstruxisti q̄ tenes: maneāt tibi. Et oē debitū regis ꝛ que futura sūt regi ex hoc ꝛ in totuz tempus remittūt tibi. Cū āt obtinuerim' regnū nīm: glificabim'te ꝛ gentē tuā: ꝛ tēplū gloria magna: ita ut manifestet gloria ẏa in uniuersa tra. Anno centesimo septuagesimoquarto: exijt antiochus i trā patrum suoꝝ: ꝛ conuenerunt ad eū omnes exercitus: ita ut pauci

relicti essẽt cũ triphone. Et insecutus ẽ eum antiochus rex: ⁊ venit dozã fugiẽs p mariti mã. Sciebat.n.q; congregata sũt mala i eũ: et reliq̃t eũ exercit⁹. Et applicuit antiochus sẽ dozã cũ cẽtũ uigiti milib⁹ uiroꝝ belligerato ꝝ: ⁊ octo milib⁹ eq̃tũ. Et circuiuit ciuitatẽ: ⁊ naues a mari accesserũt: ⁊ vexabãt ciuitatẽ a tra ⁊ mari: ⁊ neminẽ sinebãt igredi uel egredi. Venit aũt numen⁹ ⁊ q̃ cũ eo fuerant ab vrbe roma habẽtes epistolas regibus et regionib⁹ scriptas: i q̃bus ꝓtinebant hec. Lucius cõsul romanoꝝ: ptolemeo regi salutẽ. Legati iudeoꝝ venerũt ad nos amici nostri ⁊ nouãtes pristinã amicitiã ⁊ societatẽ: missi a symone pncipe sacerdotũ ⁊ popl'o iudeoꝝ. Attulerũt aũt ⁊ clypeũ aureũ minaꝝ mille. Placuit itaq; nobis scribẽ regibus ⁊ regiõibus ut ñ iferãt illis mala: nz ipugnẽt eos et ciuitates eoꝝ ⁊ ĩgiões eoꝝ: ⁊ ut nõ ferãt auxiliũ pugnãtib⁹ aduersus eos. Visũ aũt ẽ nob⁹ accipẽ ab eis clypeũ. Si q̃ g̃ pestilẽtes fugerit ꝺ regiõe ipsoꝝ ad nos: tradite eos symoni pncipi sacerdotũ: ut uindicet i eos ꝑm legez suã. Hec eadẽ scripta sũt demetrio regi: ⁊ attalo ⁊ arabe ⁊ arasci: ⁊ i oẽs regiões: ⁊ sansame ⁊ spartanis ⁊ delo ⁊ mido ⁊ sitione ⁊ carie ⁊ samũ ⁊ pãphyliaz ⁊ lyciã ⁊ alicarnasuz ⁊ rhodum ⁊ faselida ⁊ choo ⁊ siden ⁊ arado ⁊ gortinã ⁊ gnydũ ⁊ cyprum ⁊ cyrenẽ. Exemplũ aũt eoꝝ scripserunt symoni pncipi sacerdotũ: ⁊ populo iudeoꝝ. Antioch⁹ aũt rex applicuit castra i dozã secũdo admouens ei semp man⁹ ⁊ machinas faciens: ⁊ ꝓclusit triphonẽ ne ꝓcederet. Et misit ad euz symon duo milia uiroꝝ electoꝝ i auxiliũ ⁊ argẽtũ ⁊ aurũ ⁊ uasa copiosa: ⁊ noluit ea accipe sz rupit oia q̃ pactus ẽ cũ eo ãtea: ⁊ alienauit se ab eo. Et misit ad eũ athẽobiũ unũ de amicis suis: ut tractaret cũ ipso dicẽs: Vos tenetis ioppen ⁊ gazarã ⁊ arcẽ q̃ ẽ i irl'm ciuitates regni mei: fines eaꝝ desolastis ⁊ fecistis plagã magnã i terra: ⁊ dñati estis ꝓ loca multa i regno meo. Nunc g̃ tradite ciuitates q̃s occupastis: ⁊ tributa locoꝝ i q̃b⁹ dñati estis extra fines iudee. Sin ãt date ꝓ illis q̃ngẽta talẽta argẽti: ⁊ exterminiũ q̃ ꝺ exterminastis ⁊ tributoꝝ ciuitatũ alia talenta quingẽta. Sin aũt uenierim⁹: ⁊ expugnabimus uos. Et uenit athenobius amicus regis i irl'm: ⁊ vidit gloriã symonis ⁊ claritatẽ i auro ⁊ argẽto ⁊ apparatũ copiosũ: ⁊ obstupuit: ⁊ tulit ei verba regis. Et rñdit ei symõ: ⁊ dixit ei: Neq; alienã ẽrã sũpsim⁹: neq; alienã detinemus: sz hẽditatẽ patrũ nostroꝝ: q̃ iuste ab inimicis nostris aliq̃ tpe possessa ẽ. Nos vo tẽpus hñtes vẽdicam⁹ hereditatẽ patruz nostroꝝ. Nã ꝺ ioppe ⁊ gazara que expostulas: ipi faciebãt i pplo plagã magnã: ⁊ i ĝiõe nostra: hoc dam⁹ talẽta cẽtũ. Et nõ rñdit ei athẽobius vbũ. Reuersus ãt cũ ira ad regẽ renunciauit ei vba ista: ⁊ gloriã symonis ⁊ uniuersa q̃ uidit: ⁊ irat⁹ ẽ rex ira magna. Triphon ãt fugit naui i ortholaida. Et ꝓstituit rex cẽ debeũ ducẽ maritimũ: ⁊ exercitũ peditũ ⁊ eq̃tũ dedit illi. Et mãdauit illi mouẽ castra ꝓ tra faciẽ iudee: ⁊ mãdauit ei edificare cedronẽ: ⁊ obstruẽ põtas ciuitatũ: ⁊ debellaz pplz. Rex ãt psequebat triphonẽ. Et puenit cẽdebeus iãniã: ⁊ cepit irritare plebẽ: ⁊ cõculcaz iudeã: ⁊ captiuare populũ: ⁊ interficẽ: ⁊ edificare cedronẽ. Et collocauit illic eq̃tes ⁊ exercitũ: ut egressi perambularent uiaz iudee sicut constituit ei rex.

¶.XVI.

Et ascendit ioannes de gaçaris ⁊ nunciauit symoni patri suo que fecit cẽdebeus i pplo ipsoꝝ. Et uocauit symõ duos filios suos seniores iudã ⁊ ioannẽ: ⁊ ait illis: Ego ⁊ fres mei ⁊ dom⁹ p̃ris mei expugnauimus hostes isrl' ab adolescẽtia usq; i hẽ diẽ: ⁊ pspatũ ẽ i manib⁹ nr̃is liberaz isrl' aliq̃tiẽs. Nũc aũt senui: sz estote loco meo ⁊ fratris mei: ⁊ egressi pugnate p gẽte nr̃a. Auxilium vo de celo vobiscũ sit. Et elegit de regiõe vigiti milia viroꝝ belligeratoꝝ ⁊ eq̃tes: ⁊ pfecti sũt ad cẽdebeũ ⁊ dormierũt i modin. Et surrexerũt mane ⁊ abierũt i cãpũ. Et ecce exercitus copiosus i obuiã illis: peditũ ⁊ eq̃tũ: ⁊ fluuius torrẽs erat inter mediũ ipsoꝝ. Et admouit castra ꝓ tra faciẽ eoꝝ ipse ⁊ popl's eius: ⁊ vidit pplm trepidãtẽ ad trãsfretãdũ torrẽtẽ: ⁊ trãsfretauit primus. Et uiderit euz viri: ⁊ transierũt post eũ. Et diuisit populuz ⁊ eq̃tes i medio peditũ. Erat autẽ eq̃tat⁹ ad uersarioꝝ copiosus nimis. Et exclamauerũt sacris tubis: ⁊ in fugã cõuersus est cendebe⁹ ⁊ castra eius: ⁊ ceciderũt ex eis multi vulnerati: residui aũt in munitionẽ fugerunt. Tẽ vulneratus est iudas frater ioãnis. Ioãnes autẽ insecutus est eos donec venit cedronaz quam edificauit: ⁊ fugerunt vsq; ad turres que erant in agris açoti: et succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo milia viroꝝ:

ꝛ reuersus ē i iudeā i pace. Et ptolemeus filius abobi ꝓstitut⁹ erat dux i cāpo hiericō: ꝛ habebat argentū ꝛ aurū multū. Erat.n. gener sūmi sacerdotis. Et exaltatū ē cor eius: ꝛ uolebat obtinē regionē: ꝛ cogitabat dolū aduersus symonē ꝛ filios ei⁹ ut tolleret eos. Symon āt pābulās ciuitates q̄ erāt i regiōe iudee: ꝛ solicitudinē gerēs earū ōscēdit i hierico: ipse ꝛ matathias filius ei⁹ ꝛ iudas: āno centesimo septuagesimo septimo mēse undecimo. Hic est mensis sabath. Et suscepit eos filius abobi i munitiūculā que uocat⁹ dooch cū dolo quā edificauit: ꝛ fecit eis ꝓuiuiū magnū: ꝛ abscōdit illic uiros. Et cū inebriatus esset symon ꝛ filij eius: surrexit ptolemeꝰ cū suis: ꝛ sūpserunt arma sua: ꝛ intrauerunt i conuiuiū: ꝛ occiderūt eū ꝛ duos filios eius: ꝛ quosdā pueros eius. Et fecit deceptionez magnā i isrł: ꝛ reddidit mala ꝓ bōis. Et scripsit hec ptolemeꝰ ꝛ misit regi: ut mitteret ei exercitū i auxiliū: ꝛ traderet ei regionē ꝛ ciuitates eorū ꝛ tributa. Et misit alios i gaçarā tollē ioānē: ꝛ tribunis misit epłas ut uenirēt ad se: ꝛ daret eis argentū ꝛ aurū ꝛ dona. Et alios misit occupare irł̄z ꝛ mōtē tēpli. Et p̄ currēs q̄dā nunciauit ioanni i gaçara q⁹ perīt pater ei⁹ ꝛ fratres eius: ꝛ ḋa misit te q̄z interfici. Ut audiuit autē: uehemēt expauit: ꝛ ꝓphēdit uiros q̄ uenerāt pdē eū: ꝛ occidit illos. Cognuit.n. q⁹ q̄rebāt pdere eū. Et cetera sermonū ioānis ꝛ bellorū eius: ꝛ bonarū virtutū q̄b⁹ fortit̄ gessit: ꝛ edificij murorū quos extruxit ꝛ reruz gestarum eius: ecce hec scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius: ex quo factus est ꝓnceps sacerdotuz post patrem suum.

Explicit liber ꝑm⁹ Machabeoꝝ
Incipit secundus. Caplm C.I.

Fratribus q̄ sūt p egyptū iudeis salutē dicūt fres q̄ sūt i hierosolymis iudei: ꝛ q̄ i regione iudea: ꝛ pacem bonā. Bñfaciat uob⁹ deꝰ ꝛ meminerit testamēti sui qō locut⁹ ē ad abraā ꝛ isaac ꝛ iacob fuoꝝ suorū fideliū: ꝛ det uobis cor oībus ut colatis eū: ꝛ faciatis eius uolūtatē corde magno ꝛ aia uolēti. Aldapiat cor uestrū i lege sua ꝛ i ꝑceptis suis: ꝛ faciat pacē. Exaudiat oȝones uestras: ꝛ reconcilietur uobis: nec uos deserat in tpe malo. Et nūc hic sumꝰ orātes ꝓ uob⁹. Regnāte ōmetrio āno cētesimo sexagesimo nono nos iudei scripsimꝰ uobis i tribulatōe ꝛ ipetu q̄ supuenit nobis i istis ānis: ex quo recessit iason a sca tra ꝛ a regno. Porta succēderunt: ꝛ effuderūt sanguinē innocentē. Et orauimus ad dñm ꝛ exauditi sumus: ꝛ obtulimus sacrificiū ꝛ similaginē: ꝛ accēdimꝰ lucernas: ꝛ proposuimus pães. Et nunc frequētate dies scenophegie mensis casleu. Anno cētesimo octogesimo octauo: populus q̄ ē hierosolymis ꝛ i iudea senatusq̄ ꝛ iudas: aristobolo magistro ptolemei regis q̄ est de genē christoꝝ sacerdotū ꝛ his qui in egypto sūt iudeis salutē ꝛ sanitatē. De magnis periculis a deo liberati magnifice gratias agimꝰ ipi: utpote q̄ aduersus talē ꝛgē dimicauimꝰ. Ipse.n. ebulire fecit de pside eos q̄ pugnauerūt ꝓtra nos ꝛ sca ciuitatē. Nā cū i pside ēet dux ipe ꝛ cū ipo imēsus exercitus: cecidit in tēplo nanee: ꝓsilio decepti⁹ sacerdotū nanee. Eteni cū ea hitatur⁹ vēit ad locū antiochus ꝛ amici ei⁹: ꝛ ut accipet pecunias mltas dotis noie. Cūq̄ ꝓposuissēt eas sacerdotes nanee: ꝛ ipse cū pauc̄ igressus esset ītra ābituz phani: clauserūt tēplū. Cū āt intrasset antiochus aptoq̄ occulto aditu tēpli mittētes lapides pcusserūt ducē ꝛ eos q̄ cū eo erāt: ꝛ dissecuerūt membratī: ꝛ capitibus amputatī foras ꝓiecerūt. Per oīa bñdictus deꝰ qui tradidit ipios. Facturi igit̄ q̄nta ꝛ uicesima die mēsis casleu purificationē tēpli: necessariuz duximus significare uobis: ut ꝛ uos q̄z agatis diē scenophegie: ꝛ diē ignis: q̄ daꝰ est q̄n neemias edificato tēplo ꝛ altari obtulit sacrificia. Nā cū i pside ducerēt pres uestri sacerdotes q̄ tūc cultores dei erāt: acceptuz ignē de altari occulte absconderūt i ualle ubi erat puteus altus ꝛ siccꝰ: ꝛ i eo cōtutati sūt eū: ita ut oībus ignotus esset locus. Cū āt ꝑterissent ānі multi: ꝛ placuit deo ut mitteret neemias a rege persidis: nepotes sacerdotū illoꝝ q̄ abscōderāt misit ad requrēdū ignē: ꝛ sicut narrauerūt nobis: nō inuenerūt ignez: sz aquā crassā. Et iussit eos haurire: ꝛ afferri sibi: ꝛ sacrificia q̄ ꝓposita erāt iussit sacerdos neemias aspgi ipsa aqua: ꝛ ligna: ꝛ que erāt supposita. Utq̄z hoc factū est: ꝛ tps affuit q̄ sol refulsit q̄ prius erat i nubilo: accensus ē ignis magnus ita ut oēs mirarēt. Orationē āt faciebant oēs sacerdotes dū consumaret

sacrificiū ionathā inchoāte: ceteri lāt rīdēti
bus. Et neemie erat oratio hūc hīs modū.
Dñe deus oīuz creator terribil7 7 fortis iust'
7 misericors q̄ solus es bonus rex: sol' pīāz
solus: iūstus 7 oīpotens 7 ētnus: q̄ liberas
isrl' de oī malo: q̄ fecisti pres electos: 7 sācti
ficasti eos: accipe sacrificiū p uniuerso ppl'o
tuo isrl': 7 custodi ptē tuā 7 sāctifica. Cōgre
ga dispsionē nostrā: libera eos q̄ seruiunt
gentib': 7 cōtēptos 7 abomiatos respice: ut
sciāt gētes q̄a tu es deus noster. Afflige op
pmētes nos: 7 cōtumeliā facientes i supbia.
Cōstitue ppl'm tuū i loco sācto tuo: sic dixit
moyses. Sacerdotes āt psallebāt hymnos:
vsq̄q̄ cōsūptū eēt sacrificium. Cū autez cō
sumptum esset sacrificium: ex residua aq̄
neemias iussit lapides maiores pfundi. Q̄ō
ut factū ē ex eis flāma accēsa est: sz ex lumie
qō refulsit ab altari p̄sūpta ē. Ut vō māife
stata est res: renūciatū ē regi psaz q̄ i loco i
q̄ ignē abscōderāt hi q̄ trāslati fuerant sacer
dotes: aq̄ appuit: ō q̄ neemias 7 q̄ cū eo erāt
purificauerūt sacrificia. Cōsideras aūt rex
7 rem diligēter examinās: fecit ei tēpluz ut
pbaret qō factū erat. Et cū pbasset: sacerdo
tibus donauit mlta bōa 7 alia atq̄ alia mu
nera: 7 accipiēs māu sua tribuebat eis. Ap
pellauit aūt neemias hūc locuz nepthar: qō
interpretatur purificatio. Vocatur autem
apud plures nephi.

¶.II.

Inuenit āt i descriptionib' hieremie p
phete q̄ iussit: eos ignē accipe q̄ trans
migrabāt ut significatū ē: 7 ut mādauit trās
migrati. Et dedit illis legē ne obliuiscerent
p̄cepta dñi: 7 ut nō exerrarēt mētib' uidētes
simulacra aurea 7 argētea 7 ornamēta eoz.
Et alia h'mōi dicēs hortabat: ne legē amo
uerēt a corde suo. Erat aūt in ipsa scriptura
quō tab'naculū 7 arcā iussit pphēta diuino
rīsō ad se facto comitari secū usq̄quo exīt
in montē: in quo moyses ascēdit 7 uidit dei
hereditatē. Et ueniēs ibi hieremias inuenit
locū spelūce: 7 tab'naculū 7 arcā 7 altarē icēsi
intulit illuc: 7 ostiū obstruxit. Et accesserūt
q̄dā simul q̄ seq̄bāt ut notarēt sibi locū: 7 nō
potuerīt inuēire. Ut aūt cognouit hieremias:
culpās illos dixit q̄ ignotus erit locus dōec
cōgreget deus congregationē populi: 7 ppi
tius fiat. Et tunc dñs oñdet hec: 7 appebit
maiestas dominī: 7 nubes erit sicut 7 moysi
manifestabat: 7 sicut cuz salomon petijt ut
locus sāctificaret magno deo manifestabat
hec. Magnifice eteni sapientiā tractabat 7
sapietiā hīs obtulit sacrificiū dedicationis
7 cōsumatōis tēpli. Sicut 7 moyses orabat
ad dñm: 7 descēdit ignis de celo 7 consūpsit
holocaustū: sicut 7 salomon orauit: 7 descē
dit ignis de celo 7 consūpsit holocaustū: et
dixit moyses eo q̄ nō sit comestū qō erat p
pcēo: 7 p̄sūptū ē. Silit 7 salomō octo dieb'
celebrauit dedicationē. Inscribēbāt autē in
scriptōibus 7 cōmētarijs neemie hec eadē:
7 q̄lit̄ p̄struēs bibliothecā cōgregauit de re
gionib' libros: 7 pphetaz 7 dauid: 7 epl'as
regū de donarijs. Silit aūt 7 iudas ea q̄ oī
dicerat p bellū quod nobis acciderat cōgre
gauit oīa: 7 sī apud nos. Si g̃ ōsideratis hec:
mittite q̄ p̄ferāt uob'. Acturi itaq̄ purifica
tionē scripsimus uobis. Bñ g̃ facietis: si ege
ritis hos dies. Deus autē q̄ liberauit ppl'm
suū 7 reddidit hereditatē omnibus: 7 ignū
7 sacerdotiū 7 sāctificationē sicut pmisit i le
ge: speramus q̄ cito nostri miserebit: 7 cōgre
gabit ō sub celo i locū sāctū. Eripuit. n. nos
ō magnis piculis: 7 locū purgauit. De iuda
vō machabeo 7 frīb' eius: 7 de tēpli magni
purificatione: 7 de are dedicatione: sz 7 ō p
lijs q̄ ptinent ad antiochū nobilē: 7 filiū ei'
eupatorē: 7 de illumiationib' que de celo fce
sī ad eos q̄ p iudeis fortit̄ fecerūt: ita ut uni
uersam regionē cum pauci essēt vidicarēt: 7
barbarā multitudinē fugarent: 7 famosissi
mū i toto orbe tēplū recuperarēt: 7 ciuitatez
liberārēt: ut leges q̄ abolende erāt restituerēt:
dño cū oī trāq̄llitate ppitio facto ill'. Itēq̄
ab iasone cyreneo q̄nq̄ libris cōprehēsa tē
tauimus nos vno uolumie breuiare. Cōsiō
rātes eni multitudinē librorz 7 difficultatez
volētibus aggredi narratiōes historiaz: pp
multitudinē rez curauim' volentib' q̄dē le
gere ut esset ai oblectatio: studiosis vō ut fa
cile possint memorie cōmendare: oibus aūt
legētibus vtilitas cōferat. Et nobis q̄dē ipis
q̄ hoc op' breuiādi cā suscepim' nō facilē la
borē: imo vō negociū plenū uigiliaz 7 sudo
ris assūpsim'. Sicut hi q̄ pparant p̄uiuū:
7 querūt aliorz uolūtati parcē: pp multorū
gratiā libent laborē sustinem': veritatē q̄dē
de singulis auctoribus concedentes: ipi aūt
fm datā formā breuiati studētes. Sicut. n.
noue dom' architecto ō vniuersa structura
curandum est: ei uero qui pingere curat que

curat q̄ apta sūt ad ornatū exq̄rēda sūt: ita estimadū ē ⁊ nobis. Eteni itellectū colligē ⁊ ordiare ꝓmonē: ⁊ curiosius partes singl̄as quasq; disquirere histozie cōgruit auctozi: breuitatē uero dictionis sectari: ⁊ executiones rerum uitare breuianti concedenduz ē. Hinc ergo narrationem incipiemus: de p̄fatione tantum dixisse sufficiat. Stultum et enim est ante historiam effluere: in ipsa aūt historia succingi

¶ .III.

Sit cū sācta ciuitas hītaret ī oi pace: leges āt adhuc optime custodirēt ꝓpt̄ onie pontificū oispositionē ⁊ pietatē ⁊ aīos odio habentes mala: fiebat ut ⁊ ipsi reges ⁊ p̄ncipes locū sūmo honore dignū ducerēt: ⁊ tēplū maximis mūeribus illustrarē: ita ut seleucus asie rex de reddit⁹ suis p̄staret oēs sūptus ad mīsteriū sacrificioz ptinētes. Sy mō āt de ebu beniami p̄positꝰ tēpli ꝓstitutꝰ: cōtēdebat obsistente sibi p̄ncipe sacerdotuz iniquū aliquid ī ciuitate moliri. Sz cū vicē oia nō posset: venit ad apolloniū tharsee filiū qui illo tēpore erat dux celessyrie ⁊ phēicis: ⁊ nūciauit ei pecunijs inumerabilib⁹ plenū esse erariū hierosolymis: ⁊ oēs copias ī mēsas ēe q̄ nō ptinēt ad rationē sacrificioz: esse aūt possibile sub potestate regis cadere vniuersa. Cūq; retulisset ad regē apollōius de pecunijs q̄ delate erāt: ille accitū heliodorū qui erat sup negocia ei⁹: misit cū mādatis ut predictā pecuniā trāspōtaret. Statiq; heliodor⁹ iter ē aggressus: specie q̄dē q̄ p celessyriā ⁊ phenicē ciuitates esset pagzaturus: re uera āt regis ꝓpositū pfecturus. Sz cum venisset hierosolymā ⁊ benigne a sūmo sacerdote in ciuitate esset exceptus: narrauit de dato indicio pecunias: ⁊ cuius rei gratia adesset apuit. Interrogabat autē si uere hec ita essent. Tunc sūmus sacerdos oñdit ꝏposita esse hec ⁊ victualia uiduaz ⁊ pupillorz: quedā vo ēe hircani thobie uiri ualde eminētis: ī his q̄ detulerat ipius symō: uniuersa aūt argenti talēta esse q̄dringenta: ⁊ auri ducenta: decipi vo eos q̄ credidisset loco ⁊ templo: qō p uniuersū mūdū honorat⁹: p sui uenerationē ⁊ sāctitate: oīo ipossibile esse. At ille p his q̄ hēbat ī mādatis a rege: dicebat oi genē regi ea esse deferēda. Cōstituta autē die īntrabat de his heliodorus ordiaturus.

Nō modica vo p uniuersā ciuitatē erat trepidatio. Sacerdotes aūt ante altare cuz stolis sacerdotalibus iactauerūt se: ⁊ iuocabāt de celo eū q̄ de depositis legē posuit: ut his q̄ deposuerāt ea salua custodiret. Vaz uero q̄ uidēt sūmi sacerdotis uultū: mēte uulnerabat. Facies.n. ⁊ color imutat⁹ declarabat interni ai dolorē. Circūfusa.n. erat mestīcia q̄ dā uiro: ⁊ horror corpōis: p quē mānifest⁹ aspiciētibus dolor cordis ei⁹ efficiebat. Alij ēt cōgregati de domib⁹ ꝓfluebant publica supplicatione obsecrātes: p eo q̄ ī cōtēptū loc⁹ esset uenturus. Accincteq; mulieres cilicijs pectus p plateas cōfluebant: sed ⁊ uirgines q̄ cōclusē erāt: pcurrebāt ad oniā: alie aūt ad muros: q̄dā uero p fenestras aspiciebāt: uni uerse aūt ꝓtēdētes man⁹ ī celū deprecabantur. Erat.n. misera cōmixte multitudinis ⁊ magni sacerdot⁹ ī agone ꝓstituti expectatio. Et hi q̄dē iuocabāt oipotētē deū: ut credita sibi his qui crediderāt cū oi integritate ꝓseruarēt. Heliodorus aūt qō decreuerat pficiebat: eodē loco ipe cū satellitib⁹ circa erariū presens. Sed sps oipotēt⁹ dei magnā fec̄ sue ostēsionis euidētiā: ita ut oēs q̄ ausi fuerant parē ei: ruentes dei uirtute: ī dissolutionem ⁊ formidinē cōuerterent. Appuit.n. ill⁹ q̄dā equ⁹ ītibilē hñs sessorē optimis opimentis adornatus: isq; cū ipetu heliodozo priores calces elisit. Qui āt ei sedebat uidebat arma habē aurea. Alij etiā appuēt duo iuuenes vrute decori optimi gl'a speciosiq; amictu: q̄ circūsteterūt eū ⁊ ex utraq; pte flagellabāt: sine intermissione multis plagis vberātes. Subito aūt heliodorus cōcidit ī trā: eūq; multa caligine circūfusū rapuerunt: atq; in sella gestatoria positū eiecerūt. Et is q̄ cū multis cursorib⁹ ⁊ satellitib⁹ p̄dictū igr̄essus ē erariū: portabat nullo sibi auxiliū ferē te: mānifesta dei cognita vrute. Et ille quidē p diuinā vrutē iacebat mut⁹: atq; oi spe ⁊ salute p̄uat⁹. Hi āt dñm bñdicebāt: q; magnificabat locū suū: ⁊ tēplū qō paulo añ timōe ac tumultu ēat plenū: apparēte oipotēte oño gaudio ⁊ letīcia ipletū ē. Tē vo ex aīc̄ heliodori q̄dā rogabāt ꝓfesti oniā ut iuocaret altissimū: ut uitā dōaret ei q̄ ī supmo spū ēat ꝓstitut⁹. Cōsiderās āt sūm⁹ sacerdos ne fōte rex suspicaret maliciā aliquā ex iudeis circa heliodorū ꝓsumatā: obtulit p salute uīri hostiā salutarē. Cūq; sūm⁹ sacēdos exōaēt: ījdē iuuenes eisdē uestib⁹ aicti astātes heliodoro

317

322

dixerūt: Onie ſacerdoti gr̄as age. Mā ꝓptez eū dn̄s tibi uitā donauit. Tu aūt a deo flagellat⁹: nūcia ōib⁹ magnalia dei ⁊ p̄karez. Et his dictis nō cōparuerūt. Heliodor⁹ āt hoſtia deo oblata ⁊ uotis magnis ꝓmiſſis ei q̄ uiuere illi cōceſſit ⁊ onie gr̄as agens: recepto exercitu repedabat ad regē. Teſtabat āt ōib⁹ ea que ſub oculis ſuis uiderat opa magna dei. Cū āt rex itrogaſſet heliodorū q̄s eēt apt⁹ adhuc ſemel hieroſolymā mitti ait. Siquē hēs hoſtē aut regni tui iſidiatorez mitte illuc: et flagellatū eū recipies: ſi tñ euaſerit: eo q⁹ i loco ſit uere dei q̄dā uirt⁹. Maz ipe q̄ hz i cel̄ hitationem uiſitator et adiutō ē loci illi⁹: ⁊ uenientes ad malefaciēdū pcutit ac pdit. Ig̃ de heliodoro ⁊ erarij cuſtodia ita res ſe habet.

¶ .IIII.

Simon āt pdict⁹ pecuniarū ⁊ p̄ie delator male loq̄bat de onia: tanq̄ ipſe heliodorū iſtigaſſet ad hec: ⁊ ipſe fuiſſet incenſor malorū: puiſo: eq̄z ciuitatis ac defēſorē gētis ſue et emulatorē legis dei audebat iſidiatorē regni dicē. Sz cum inimicitie in tñ pceder̄ent: ut ēt p q̄ſdam ſimonis neceſſarios homicidia fierēt: cōſiderās onias pic'm ptentionis ⁊ apollonij inſanire: utpote ducem celeſſyrie ⁊ phenicis ad augēdā malicia simonis: ad regē ſe cōtulit nō ut ciuium accuſator: ſz cōem utilitatē apud ſemetipz uniuerſe m'titudinis ꝓſiderās. Videbat. n. ſine regali ꝓuidentia ipoſſibile eē pacē reb⁹ dari: nec ſimonē poſſe ceſſaz a ſtultitia ſua. Sed p⁹ ſeleuci uite exceſſū cum ſuſcepiſſet regnū antioch⁹ q̄ nobil' appellabatur: ambiebat iaſon fr̄ onie ſummū ſacerdotiū: adito rege, ꝓmittēs ei argēti talēta trecenta ſexagita: et ex redditibus alīs talēta octogita. Super hoc, ꝓmittebat ⁊ alia cētū quinq̄gita: ſi p̄kati ei⁹ cōcederet gymnaſiū: ⁊ ephebiā ſibi conſtituere: ⁊ eos q̄ in hieroſolymis erāt antiochenos ſcribere. Q: cum rex ānuiſſet et obtinuiſſet principatū: ſtatim ad gētilē ritū contribules ſuos trāſferre cepit: ⁊ amotis his que humanitatis cā iudeis a regib⁹ fuerant ꝓſtituta per ioannē p̄em eupolemū: q̄ apud romānos de amicitia ⁊ ſocietate functꝰ eſt legatione legitima: ciuiū iura deſtituēs praua iſtituta ſanciebat. Et enim auſus ē ſb ipſa arce gymnaſiū ꝓſtituere: ⁊ optimos q̄ſq⁹ ephebox in lupanarib⁹ ponē. Erat autē hoc non ūtiū ſz ictremētū qōdā: ⁊ pfect⁹ gentilis ⁊ alienigene ꝓuerſationis: ppt̄ ipij ⁊ nō ſacerdotis iaſonis nefariū ⁊ iauditū ſceluſ: ita ut ſacerdotes iā non circa altaris officia dediti eēnt: ſz contēpto tēplo ⁊ ſacrificijs neglectis feſtinarēt pticipes fieri paleſtre ⁊ p̄bitiōis ei⁹ iuſte ⁊ in exercitijs diſci: et p̄tios q̄dē honores nihil hñtes: grecas gl'rias optimas arbitrabāt. Quaz gr̄a periculoſa eos contentio hēbat: et eorū inſtituta emulabātur: ac p oia his cōſiles eē cupiebāt: q̄s hoſtes ⁊ peremptores hūerant. In leges enim diuias ipie agē ipune nō cedit: ſz hoc tps ſequēs declarabit. Cū āt q̄nquēnal' agon tyri celebraretur: ⁊ rex pñs eēt: miſit iaſon facinoroſos ab hieroſolymis uiros pcōres pōtantes argenti didrachmas trecētas i ſacrificiū herculis: q̄s poſtulauer̄ut hi q̄ appōta uerāt ne in ſacrificijs erogarēt: q: nō oportēt: ſed i alios ſūpt⁹ eas deputari. Sed hec oblata ſūt q̄dē ab eo q̄ miſerat i ſacrificiuz herculis: ppt̄ pñtes āt date ſūt in fabricā nauiū triremū. Miſſo āt in egyptū apollōio neſthei filio, ppt̄ ꝓmates ptolomei philometoris regi cū cognouiſſet antioch⁹ alienum ſe a negocijs regni effectū: ꝓpis utilitatibus cōſulēs: pfect⁹ iū uenit ioppē ⁊ iū hieroſolymā. Et magnifice ab iaſōe et ciuitate ſuſceptus: cū facularū lumib⁹ ⁊ laudib⁹ igreſſus ē: ⁊ inde i phenicē exercitū ꝓuertit. Et p⁹ triēnij tempus miſit iaſon menelaū ſupradicti ſimonis fr̄em portantē pecūias regi: et ō ne gocijs neceſſarijs rñſa perlatuz. At ille cōmēdatus regi cū magnificaſſet factē p̄atis eius: i ſemetipſū retorſit ſūmū ſacerdotium ſupponens iaſoni talēta argēti trecēta. Receptiſq⁹ a rege mandatis uēit: nihil q̄dē hñs dignū ſacerdotio: aios vo crudel̄ tyranni: ⁊ fere belue irā gerēs. Et iaſon q̄dē q̄ ꝓprium fr̄em captiuauerat: ipſe decept⁹ profug⁹ i āmanitē expulſus ē regionem. Menela⁹ aūt principatū q̄dē obtinuit: de pecunijs vo regi ꝓmiſſis nihil agebat: cū exactionē faceret ſoſtrat⁹ q̄ arci erat ꝓpoſit⁹. Nā ad hūc exactio uectigaliū ptinebat: quā ob cām utriq⁹ ad regē ſūt euocati. Et menala⁹ amot⁹ eſt a ſacerdotio ſuccedente lyſimacho fr̄e ſuo: ſoſtratus āt plat⁹ eſt cyprijs. Et cum hec ageret contigit tharſenſes ⁊ mallotas ſeditionem mouere: eo q⁹ antiochi regis cōcubine dono eēnt dati. Feſtinanter itaq⁹ rex uenit ſedare illos: relicto ſuffecto uno ex comitibus

ſuis andronico. Rat' ãt menela' accepiſſe ſe tps opportunũ: auꝛea q̃dã uaſa e tẽplo furatus donauit andronico: ⁊ alia uẽdiderat tyro ⁊ p uicinas ciuitates. Qͦ cuꝫ certiſſime cognouiſſet onias: arguebat eũ: ipſe in loco tuto ſe cõtinẽs antiochie ſec' daphnẽ. Vnͦ menelaus accedẽs ad andronicuꝫ: rogabat ut oniã itficẽt. Qui cũ ueniſſꝫ ad oniã: ⁊ datis dextris cũ iureiurãdo q̃uis eẽt ei ſuſpect' ſuaſiſſet de aſylo pcedẽ: ſtati eũ pemit nõ ueritus iuſtitiã. Qb quã cãz non ſolũ iudei ſed ẽt alie q̃ nationes idignabant: ⁊ moleſte ferebant de nece tãti uiri iuſta. Ꝟz regreſſũ regẽ de cilicie locis adierũt iudei apud antiochiã ſil' ⁊ greci: ꝓquerẽs de iniq̃ nece onie. Cõtriſtat' itaq̃ ẽ aio ãtioch' ꝓpt oniã: ⁊ flexus ad miam lachrymas fudit: recordatus defũcti ſobrietatẽ ⁊ modeſtiã. Accẽſiſq̃ ais andronicũ purpura exutũ p totã ciuitatem iubet circũduci: ⁊ i eodẽ loco i q̃ i oniã ipietatẽ cõmiſerat ſacrilegũ uita priuari dño illi cõdignã retribuẽte penã. Multis aũt ſacrilegijs i templo a lyſimacho cõmiſſis menelai cõſilio ⁊ diuulgata fama cõgregata ẽ multitudo aduerſũ lyſimachũ: multo iã auro exportato. Turbis ãt inſurgẽtib' et aris repletis: lyſimach' armatis fere trib' milibus iniq̃s manib' uti cepit: duce q̃dã tyrãno etate parit' ⁊ demẽtia ꝓuecto. Ꝟz ut itel lexerũt conatũ lyſimachi alij lapides alij fuſtes ualidos arripuere: q̃dã vo cinerẽ in lyſimachũ iecere. Et multi q̃dẽ uulnerati: q̃daz aũt ⁊ pſtrati: ones vo i fugã ꝓuerſi ſũt. Ipz ẽt ſacrilegũ ſec' erariũ intfeceꝛt. Qe his g̃ cepit iudiciũ aduerſus menelaũ agitari. Et cũ ueniſſet rex tyrũ: ad ipſũ negociũ detulerũt miſſi tres uiri a ſeniorib'. Et cũ ſuparet menela': ꝓmiſit ptolomeo multas pecũias dare ad ſuadendũ regi. Itaq̃ ptolome' i q̃daz atrio poſitũ q̃ſi refrigerãdi gꝛa regem adũt: ⁊ deduxit a ſnia: ⁊ menelaũ q̃dẽ uniuſe malicie reũ criminib' abſoluit: miſeros aũt quietiã ſi apud ſcythas cãm dixiſſent innocẽtes iudicarent: hos morte dãnauit. Cito g̃ iniuſtã penã ꝺerũt: q̃ p ciuitate ⁊ ppl'o ⁊ ſacris uaſis cãm ꝓſecuti ſũt. Qnã obrẽ tyrũ q̃s indignati erga ſepulturã eoꝝ liberaliſſimi extiterũt. Menela' ãt ꝓpt eorũ q̃ i potẽtia erãt auariciã pmanebat i pfate: creſcẽs i malicia ad inſidias ciuium.

Odẽ tpe antioch' fam ꝓfectionẽ paꝛuit i egyptũ. Cõtigit aũt p uniuerſam hieroſolymoꝝ ciuitatẽ uideꝛi dieb' q̃ꝺꝛagita p aera eq̃tes diſcurrẽtes auratas ſtolas hñtes ⁊ haſtas q̃ſi cohortes armatas ⁊ curſus eq̃ꝝ p ordies digeſtos: et cõgreſſiões fieri cõmin' ⁊ ſcutorũ mor' ⁊ galeatoꝝ multitudinẽ gladijs diſtrictis ⁊ telorũ iact' ⁊ aureoꝝ armorũ ſplendorẽ õniſq̃ generis loricaꝝ. Qua ꝓpt ões rogabant i bonũ mõſtra ꝓuerti. Ꝟz cũ falſus rumõ exiſſet: tãq̃ uita exceſſiſſꝫ ãtiochus: aſſũptis iaſõ ñ min' mille uiris aggreſſus ẽ ciuitatẽ repẽte: ⁊ ciuib' ad murũ cõuolantib' ad ultimũ apphẽſa ciuitate menela' fugit i arcẽ. Jaſon vo nõ pcebat i cede de ciuib' ſuis nec cogitabat ꝓſpitatẽ aduerſũ cognatos malũ eẽ maximũ: arbitrãs hoſtiũ ⁊ ñ ciuiũ ſe trophea captuꝝ. Et principatũ q̃dẽ ñ obtinuit: finẽ vo inſidiarũ ſuarũ confuſionẽ accepit: ⁊ pfug' itez abũt i ãmanitẽ. Ad ultimũ i exitiũ ſui cõcluſus ab aretha arabũ tyrãno fugiẽs ꝺ ciuitate i ciuitatẽ õib' odioſus: ut refuga legũ ⁊ execrabilis ut patrie ⁊ ciuiũ hoſtis i egyptuꝫ extruſus ẽ: ⁊ q̃ multos ꝺ pria ſua expulerat pegre perũt lacedemonas ꝓfect': q̃i p cognatione ibi refugiũ hitur': ⁊ qui iſepultos mlt̃os abiecerat ipſe ⁊ illamẽtat' ⁊ i ſepulc' abq̃ citur: ſepultura neq̃ pegria uſus: neq̃ pria ſepulchro participans. Jhis itaq̃ geſtis ſuſpicat' ẽ rex ſocietatẽ deſerturos iudeos: et ob hoc ꝓfectus ex egypto efferatis animis ciuitatem q̃dem armis cepit. Juſſit autem militibus interficere: nec parcere occurſantibus: ⁊ p domos aſcendentes trucidare. Jfiebant g̃ cedes iuuenum ac ſenioꝝ: mulieꝝ ⁊ natoruꝫ exꝑminia: uirginũq̃ ⁊ paruuloꝝ neces. Erant ãt toto triduo octoginta milia interfecti: quadraginta milia uincti: non minus autez uenũdati. Sed nec iſta ſufficiũt. Jauſus eſt etiam intrare tẽplum uniuſa ira ſanctius menelao ductore: qui leguꝫ ⁊ pie fuit proditor. Et ſceleſtis manibus ſumens ſancta uaſa que ab alijs regibus ⁊ ciuitatibus erant poſita ad ornatũ loci ⁊ gloriam: cõtrectabat idigne ⁊ contamiabat. Jta alienat' mẽte antioch' nõ ꝓſiderabat: q̃ ꝓpter pcca hitariũ ciuitatẽ modicũ de' fuerat iratus: ꝓpter qͦ ⁊ accidit circa locũ deſpectio. Jalioquin niſi contigiſſet eos multis pcciis eẽ iuolutos: ſicut heliodor' q̃ miſſus ẽ a ſeleuco rege ad expoliandũ erariũ etiam hic

318
323

ſtati aduenies flagellat' ⁊ repulſus utiq; fu iſſet ab audacia. Verum no ꝓpt̃ locū gētē: ſz ꝓpt̃ gētē locū de' elegit. Ꝓoq; ⁊ ipſe locus particeps fcs ē ꝑſi maloꝝ: poſtea ät fiet ſo cius bonoꝝ: ⁊ q dēlict' i ira dei oipotēt̃ eſt: itez i magni dñi recōciliatiōe cū ſūma gl'a exaltabit. Ꝑgit antioch' mille ⁊ octigēt̃ abla tis de templo talent̃ velocit̃ antiochiam re greſſus ē: exiſtimās ſe ꝑ ſuꝑbia t̃rā ad naui gādū: pelagus vo ad iter agēdū deducturū ꝓpt̃ mēt̃ elatōem. Reliqt ät ꝓpoſitos ad affligēdā gētē: hieroſolymis q̃dem philippū genē phrygē moꝛib' crudeliozē eo ipſo: a q̃ ꝓſtitur' ē: i gariçiz ät andronicū ⁊ menelaū: q̃ grauꝭ q̃ ceteri iminebāt ciuibus. Cumq; appoſit' eēt ꝓtra iudeos: miſit odioſū ꝓnci pē apollonū cū exercitu vigiti ⁊ duob' mili b': ꝓcipies ei ões pfecte etat̃ itficē: mulieres ac iuuenes vēdē. Qui cū veniſſet hieroſoly mā pacē ſimulās q̃euit uſq; ad diē ſcm ſab bati: ⁊ tūc feriati iudeis arma cape ſuis pre cepit. Oēſq; ſimul q̃ ad ſpectaculum ꝓceſſe rant: trucidauit ⁊ ciuitatē cū armati diſcur rēs igētē mltitudinē pemit. Judas autē ma chabe': q̃ decim' fuerat ſeceſſerat i deſtū lo cū: ibiq; iter feras vitā i mōtib' cū ſuis age bat: ⁊ feni cibo veſcētes demoꝛabāt ne parti cipes eſſent coiq̃natiōis.

.VI.

Sed ñ p' multū t̃pis miſit rex ſenē quē dā antiochenuꝫ: q̃ cōpellēt iudeos: ut ſe trāſferēt a patrijs ⁊ dei legib': ꝓtamiare ēt: qō i hieroſolymis erat tēplū: ⁊ cognoiare iouis olympij: ⁊ i gariçim: put erāt hi q̃ lo cū inhitabāt ioius hoſpitaꝭ. Peſſima autē ⁊ vniuerſis grauis erat maloꝝ icurſio. Nā tēplū luxuria ⁊ comeſſatiōib' erat plenū: et ſcortantiū cū mētricibus: ſacratiſq; edibus mulieres ſe ultro ingerebāt: itroferētes ea: q̃ ñ licebāt. Altare ēt plenū erat illiciti: q̃ legi b' ꝓhibebāt. Neq; ät ſabbata cuſtodiebāt: neq; dies ſolēnes patrij ſuabāt nec ſimpliciter ſe q̃ſq̃ iudeū cōfitebat. Ducebant ät cuꝫ amara neceſſitate i die natalis regi ad ſacri ficia: ⁊ cū liberi ſacra celebꝛarēt: cogebātur edera coꝛonati libero circuire. Decretū aūt exīt i ꝓximas ciuitates gētiliū ſuggerētib' ptolemeis: ut pari modo ⁊ ipſi aduerſus iu deos agerēt: ut ſacrificarēt: eos ät q̃ nollēt trāſire ad iſtituta gētiliū itficerēt. Erat g̃ vi dere miſeriā. Due.n. mulieres delate ſūt na tos ſuos circūciduſſe: q̃s ad vbera ifātibus ſuſpēſis: cū publice p ciuitatē circūduciſſēt p muꝛos ꝓcipitaueꝛūt. Alij vo ad ꝓxias coeuntes ſpelūcas: ⁊ latenē ſabbati die celebrā tes: cū idicati eſſent philippo: flāmis ſuccē ſi ſūt: eo q̃ verebāt ꝓpt̃ religiōem ⁊ obſeruā tiā: manu ſibimet auxiliū ferre. Obſecto ät eos q̃ hūc libꝝ lecturi ſūt: ne abhoꝛreſcant ꝓpt̃ aduerſos caſus: ſz reputēt ea q̃ acciderūt ñ ad iteritū: ſed ad coꝛreptiōem eē generi nū. Etenim mlto t̃pe ñ ſinē pcōꝛb' ex ſūma agē: ſed ſtatim vltiones adhibē: magni bñfi cij ē iudiciuꝫ. Nō.n. ſicut i alijs natoib' dñs patient expectat: ut eaſ cū iudicij dies aduenerit i plenitudine pcōꝛ puniat: ita ⁊ i nobis ſtatuit: ut pcīs nūis i finē ꝺuoluti ita demū i nos vidicet: ꝓpt̃ qō nūq̃ q̃dē a nobis miam ſuam amouet: coꝛripiēs vo in aduerſis ꝑſm ſuum ñ derelinq̃t. Ꝺz hec nob' ad cōmonitōem legētiū dicta ſint pauc. Jā ät veniēdum ē ad narratiōem. Jgr̃ eleaçaꝛ' vn' de ꝓmoꝛib' ſcribaꝝ vir etate, puectuſ: ⁊ vultu decoꝛus: apto oꝛe hians copellebat̃ carnē poꝛcinā manducare: at ille glozioſiſſimā moꝛtem magis q̃ odibilē vitā cōplectēs: vo lūtarie ꝑibat ad ſuppliciū. Jntues ät quēad dum oꝑteret accedē: patient ſuſtinēſ deſtinauit ñ admittē illicita: ꝓpt̃ vite amoꝛē. Hi ät q̃ aſtabāt iniq̃ miſatoe cōmoti: ꝓpter ātiquā viri amicitiā tollētes cū ſecreto ꝛogabāt afferri carnes: q̃b' veſci ei licebat: ut ſimulare ēt manducaſſe: ſicut rex ipauerat de ſacrifi cij carnib': ut hoc fco a moꝛte liberaret: ⁊ ꝓpt̃ veterē viri amicitiam hanc i eo faciebāt humanitatem. At ille cogitare cepit etat̃ ac ſe nectuti ſue eminētiā dignā: ⁊ igenite nobilitati canicie: atq; a puero optime ꝓuerſatōis act': ⁊ ſm ſācte ⁊ a deo ꝓdite legi ꝓſtituta rīdit cito dicēs: ꝓmitti ſe velle i ifernū. Nō.n. etati nie dignū ē iq̃t fingē: ut mlti adoleſcētes arbitrātes eleaçaꝝ nonagita ānoꝝ trā ſiſſe ad vitā alienigenaꝝ: ⁊ ipſi ꝓpt̃ meam ſimulationem: ⁊ ꝓpter modicum coꝛruptibilis vite t̃pus decipiantur: ⁊ p hoc maculam atq; execratiōez mee ſenectuti ꝓquirā. Nā ⁊ ſi in ꝑſenti t̃pe ſuppliciꝭ hominum' eripiar: ſz manuꝫ oipotentis nec viuus nec defunct' effugiam. Quāobꝛem fortiter vitam excedendo: ſenectute quidem dignus apparebo: adoleſcētib' ät exemplū forte reliquā: ſi prompto aio ac fortiter pro grauiſſimis

ac sactissimis legib⁹ honesta morte pfūgat. Vbis dict⁹ pfestim ad suppliciū trahebat. Vi ūt q eū ducebāt: ⁊ paulo ūte fuerant mitiores: i irā ꝓuersi sunt ꝓpter ꝑmões ab eo dictos: qs illi p arrogātiā platos arbitrabant. Qz cū plagi pimētur: ingemuit ⁊ dixit: Pñe q habes scam sciam: manifeste tu scis: quia cū a morte possē libari duros corpis sustineo dolores: ꝑm aiam vo ꝓpt timorē tuū libēter hec patior. Et iste qdem hoc mō vita decessit: ñ solū iuuenib⁹: sz ⁊ vniuerse gēti memoriā mōtis sue ad exēplū vtutū ⁊ fortitudis derelinquens.

.VII.

Contigit ūt septē frēs vna cū matre apphēsos compelli a rege edere ꝓhta fas carnes porcias: flagris ⁊ taureis cruciatos. Un⁹ ūt ex illis: q erat ꝑm⁹ sic ait: Quid q̄ris ⁊ qd vis discē a nobis? Parati sumus mori magis q̄ patrias dei leges ꝓuaricari. Iratus itaq; rex iussit sartagines ⁊ ollas eneas succēdi: qbus statim succēsis iussit ei: q̄ por fuerat locut⁹ āputari linguam: ⁊ cute capiti abstracta sūmas q̄s man⁹ ⁊ pedes ei pcidi: ceteri ei⁹ frib⁹ ⁊ matre ispicētib⁹. Et cū iā per oia iutil fcus eēt: iussit ignē admoueri: ⁊ ad huc spirātē tōreri i sartagine: i q̄ cū diu cruciaret: ceteri vna cū matre iuicē se hortabāt: mori fortit dicētes: Dñs de⁹ aspiciet veritatē: ⁊ ꝓsolabit i nob: quēadmodū i ꝓtestatione cātici declarauit moyses: Et i ſuis cōsolabit. Mortuo itaq; illo ꝑmo hoc mō sequētē ōducebāt ad illudēdū: ⁊ cute capiti ei⁹ cuz capill⁹ abstracta itrogabāt si māducaret p̄ q̄ toto corpore p mēbra singula pūiret. At ille rīdēs patria voce dixit: Nō faciaz. Postq qō ⁊ iste sequenti loco ꝑmi tormēta suscepit: ⁊ i vltio spu ꝓstitut⁹ sic ait: Tu qdē scelestissime i pñti vita nos pdis: sz rex mūdi defūctos nos p suis legib⁹ etne vite resurrectiōe suscitabit. Ꝑ hūc itq illudit: ⁊ liguā postulat⁹ cito ꝓtulit: ⁊ man⁹ cōstanter extendit: ⁊ cū fiducia ait: E celo ista possideo: sed ppt dei leges nunc hec ipsa despicio: qm̄ ab ipso me ea receptuz spero. Mira ut rex: ⁊ qui cū ipso erāt mirarēt adolescētis animū: q tā q̄ nihil ducēt cruciat⁹. Et hoc ita defuncto: q̄rtū vexabāt silr torquētes. Et cū iā essz ad mortē sic ait: Bon⁹ ē ab hoib⁹ morti datos spē expectare a deo: itez ab ipso resuscitādos. Tibi.n. resurrectio ad vitā ñ erit. Et cū admonissēt q̄ntū vexabāt eū: at ille īspiciēs i eū dixit: Ꝑtatē iter homes hīs: cuz sis corruptibil facq̄ vis. Noli ūt putare gen⁹ nīm a deo eē derelictū. Tu ūt patiēt sustine: ⁊ videbis magnaz ptatē ipsi⁹: q̄liter te ⁊ semen tuū torq̄bit. Ꝑ hūc ducebāt sextum ⁊ is mori icipiēs sic ait: Noli frustra errare. Nos.n. ꝓpt nosmetipsos hoc patimur pec cātes i deū nīm: ⁊ digna āmiratiōe fca sunt in nobis. Tu ūt ne existimes impune futuz: q̄ ꝓtra deū pugnare tētaueri. Supra modū ūt mater mirabilis ⁊ bonoz mēoria digna q̄ pēūtes septē filios sub vn⁹ diei tpe ꝓspiciens: bono aio ferebat: ppter spē quā in deū habebat: singulos illoz hortabat voce patria forciter ꝓpleta sapia: ⁊ feminee cogitatiōi masculinum aiū iserens dixit ad eos: Nescio q̄liter i vtero meo apparuist. Neq .n. ego spm ⁊ aiam donaui vobis ⁊ vitam: ⁊ singuloz mēbra nō ego ipsa cōpegi. Sed .n. mūdi creator: q̄ formauit hois natiuitatē: q̄q ōiū iuenit originē: ⁊ spm vobis iterum mia reddet ⁊ vitā: sic nūc vosmetipsos despicit ꝓpter leges ei⁹. Antioch⁹ ūt ꝓtēni se arbitratus: sil ⁊ exprobrāt voce despecta cū adhuc adolescentior supessz: non solum vbis hortabatur: sz ⁊ cū iuramēto affirmabat diuitē se ⁊ beatū factuz: ⁊ trāslatum a patrijs legib⁹ amicū habituz ⁊ res necessarias ei ꝓbituz. Qz ad hec cū adolescēs neq̄ q̄ icliaret: vocauit rex matrē ⁊ suadebat ei: ut adolescēti fieret i salutē. Cū ūt mltis cazvbis eēt hortat⁹: ꝑmisit suasurā se filio suo. Itaq; inclinata ad illū irridēs crudelē tyrānū ait patria voce: Fili mi miserē mei: q̄ te i utero nouē mēsib⁹ portaui: ⁊ lac triēnio dedi ⁊ alui ⁊ i etatē istā pduxi. Peto nate: ut aspicias ad celū ⁊ terrā ⁊ ad oia q̄ i eis sūt: ⁊ itelligas q̄z ex nihilo fecit illa de⁹ ⁊ hoium gen⁹: ita fiet ut ñ timeas carnificē istū: sz dignus fratribus tuis effect⁹ particeps suscipe mortem: ut in illa miseratiōe cum fratribus tuis te recipiaz. Cū hec illa adhuc dicēt: ait adolescens: Quē sustinet? Nō obedio precepto reg̃: sed ꝓcepto legi q̄ data est nobis ꝑ moysen. Tu vo q iuētor omis malicie fēs es i hebreos: nō effugies manū dei. Nos.n. propcīs nīis hec patimur. Et si nobis ꝓpter increpatiōem ⁊ coꝛreptiōem dñs de⁹ nr modicū irat⁹ ē: sz itez reconciliabit⁹ seruis suis. Tu ūt o sceleste ⁊ ōiū hoīū flagitiosissime: noli fru

ſtra extolli vanis ſpēb⁹ i ſeruos ei⁹ iſlāmat⁹. Nōdū.n. ōipotētis dei ⁊ oia iſpicietis iudiciū effugiſti. Nā fies mei modico nūc dolore ſuſtētato ſub teſtamēto eēne vite effecti ſunt: tu vō iudicio dei iuſtas ſuperbie tue penas exolues. Ego āt ſic ⁊ fies mei aiam ⁊ corp⁹ meū trado ꝓ patrijs legib⁹ iuocās deū maturi⁹ gēti nīe ꝓpitiū fieri: teqz cū tormētis ⁊ verberibus ꝓfiteri: q⁹ ipſe ē de⁹ ſolus. Jn me vō ⁊ i fili⁹ meis deſinet ōipotēt⁹ ira: q ſi ōne genus nīum iuſte ſuperducta eſt. Tunc rex accēſus ira i hunc ſup ōes crudeli⁹ deſeuit: īdigne ferens ſe deriſū. Et hic itaqz mūdus obijt p oia i dño ꝓfidēs. Nouiſſime autem p⁹ filios ⁊ mater ꝓſūpta ē. Jgit̄ de ſacrificijs ⁊ de nimijs crudelitatib⁹ ſatis dictū ē.

¶ .VIII.

Judas vō machabeus ⁊ q cū illo erāt itroibāt latenē i caſtella ⁊ ꝓuocantes cognatos ⁊ amicos: ⁊ eos q pmāſerāt in iudaiſmo aſſumentes: eduxēt ad ſe ſex milia viros. Et iuocabāt dīm: ut reſpiceret i ppl'z q ab ōib⁹ calcabāt: ⁊ miſereē templo: qō ꝓtamiabāt ab impijs. Miſerēt etiam extermīnio ciuitatis: q eēt illico cōplanāda: ⁊ vocez ſanguinis ad ſe clamātis audiret: mēoraret ꝙz iniq̄ſſimas mortes paruulorz innocētiuz: ⁊ blaſphemias nomini ſuo illatas: ⁊ idignaret ſi his. At machabe⁹ congregata mītitudie itolerabīl gētibus efficiebat. Jra.n. dñi i miſericordiam ꝓuerſa ē. Et ſupueniens caſtell' ⁊ ciuitatibus iprouiſus ſuccendebat eas: et opportuna loca occupans: nō paucas hoſtium ſtrages dabat. Maxie āt noctibus ad h⁹cemodi excurſus ferebat: ⁊ fama vtut⁹ ei⁹ ubiqz diffūdebat. Videns āt philipp⁹ paulati virum ad ꝓfectum venire: ac frequētius res ei cedē ꝓſpe ad ptolemeū ducē celeſyrie et phenicis ſcripſit: ut auxilium ferret regne gocijs. At ille velocit̄ miſit nicanorem patrocli de ꝓmorib⁹ amicum: dat⁹ ei ō pmixtis gentibus: armatis nō minus vigiti milib⁹: ut vniuerſū iudeorz genus deleret: adiūcto ei ⁊ gorgia viro militari: ⁊ i bellicis rebus experteniſſimo. Cōſtituit aūt nicanor regi: ut tributū qō romanis erat dandū duo milia talentorum de captiuitate iudeorz ſupplere. Statiqz ad maritimas ciuitates miſit conuocās ad coemptiōem iudaicorz māciporum: ꝓmittens ſe nonaginta mancipia talento diſtracturum: nō reſpiciēs ad vidictam: q eū ab ōipotēte eēt ꝓſecutura. Judas āt ubi cōperit: idicauit his q ſecū erāt iudeis nicanoris aduētū. Ex q⁹bus q⁹dam formidātes: ⁊ ñ credētes dei iuſtitie i fugā vertebātur: alij vō ſiq ō his ſuperāt veniebāt: ſiqz dñum deꝓcabātur: ut eripet eos de ipio nicanore: q eos pul'q i comin⁹ veniret vēdiderat. Et ſi ñ ꝓpter eos: ꝓpter teſtamentum: qō erat ad pres corz: ⁊ ꝓpter iuocationem ſancti ⁊ magnifici nois eius ſup ipſos. Conuocatis āt machabeus ſeptem milib⁹: q cū ipſo erāt: rogabat ne hoſtib⁹ recōciliarētur: nz metuerēt iique veniētiū aduerſū ſe hoſtium mītitudinem: ſed fortiter ꝓtēderēt ante oculos hītes ꝓtumeliam: q loco ſēo ab his iuſte eēt illata: itemqz ludibrio habite ciuitatis iniuriam: adhuc ēt veterum inſtituta cōuulſa. Nā illi q⁹dem armis cōfidunt ait ſi mul ⁊ audacia: nos āt i ōipotēte dño: q pōt ⁊ venientes aduerſū nos ⁊ uniuerſū mūdum vno nutu delere cōfidim⁹. Ammonuit aūt eos ⁊ de auxilijs dei: q fca ſunt erga parentes: ⁊ q⁹ ſub ſennacherib cētum octoginta q̄nqz milia pierūt: ⁊ de plio qō eis aduerſus galathas fuit i babylonia: ut ōes ubi ad rē vētum ē macedonib⁹ ſocijs heſitātibus: ipſi ſex milia ſoli peremerunt centum viginti milia ꝓpter auxilium illis datum de celo: ⁊ būficia ꝓ his plurima cōſecuti ſunt. His verbis cōſtantes effecti ſūt: ⁊ pro legibus et patria mori parati. Conſtituit itaqz fratres ſuos duces utriqz ōdini ſimonez ⁊ ioſephū ⁊ ionathā ſubiectis unicuiqz millenis ⁊ q̄ngentenis: ad hoc ēt ab eſdra lecto illis ſēo libro ⁊ dato ſigno adiutorij dei: in ꝑma acie ipſe dux commiſit cum nicanore. Et facto ſibi adiutore ōipotēte: interfecerūt ſi nouez milia hoium: maiorem āt ptem exercit⁹ nicanoris vulneribus debilem fēm fugē compulerūt. Pecunijs vō eorz: q ad emptiōem ipſorz venerāt ſublatis: ipſos uſqz q̄qz ꝓſecuti ſunt: ſed reuerſi ſunt hora cōcluſi. Nam erat āte ſabbatum: quā ob cām ñ ꝓſeuerauerunt inſequentes. Arma autem ipſorum ⁊ ſpolia cōgregātes ſabbatū agebēt bñdicētes dīm: q liberauit eos i iſto die: mīe iūtiū ſtillans i eos. P⁹ ſabbatū vō debilibus ⁊ orphanis ⁊ viduis diuiſerūt ſpolia: ⁊ reſidua ipſi cum ſuis habuere. His itaqz geſtis ⁊ cōmuniter ab omnibus facta obſecratione: miſericordem dominum poſtulabant: ut

ī finē ſuis ſuis recōciliaret. Et ex his cū tio theo ⁊ bacchide erant ꝓtra ſe cōtēdētes ſ̄ vigiti milia ītfeceīt: ⁊ munitōes excelſas ob tinueīt: ⁊ plures p̄das diuiſeīt: equā portio nez debilib⁹ pupill' ⁊ viduis: ſz ⁊ ſenioribus faciētes. Et cū arma eoꝝ diligēt collegiſſet: oia compoſueīt ī loc̄ opportunis. Reſidua vo ſpolia hieroſolymā ōtuleīt: ⁊ philarcen: q̄ cū timotheo erat iterfeceīt vir ſceleſtū: q̄ ī m'tis iudeos afflixerat. Et cū epicinia age rēt ī hieroſolymis: eos q̄ ſacras ianuas icēdeīt. i. caliſthenen: cū ī qōdā domiciliū ⁊fugiſſent icēderūt digna eis mercede ꝓ ipietatib⁹ ſuis reddita. Facinoroſiſſimus āt nicanor: q̄ mille negociātes ad iudeoꝝ vēditionē adduxerat: hūliat⁹ auxilio dn̄i ab his q̄s nullos exiſtimauerat: depoſita veſte gl'e per mediterranea fugiēs ſolus venit ātiochiaz: ſūmā ifelicitatē de iteritu ſui exercit⁹ cōſecut⁹. Et q̄ ꝓmiſerat romāis ſe tributū reſtituē de captiuitate hieroſolymoꝝ: p̄dicabat nūc ꝓtectorē deū hz̄e iudeos: ⁊ ob ipſū inuulnerabiles eē: eo q⁹ ſeq̄rēt leges ab ipſo conſtitutas.

.IX.

petrū: ꝛ andreā fratrē eiꝰ: iacobū ꝛ ioānez:
philippū ꝛ bartholomeū: matheuz ꝛ tho
mā: iacobū alphei: ꝛ ſimonem q̄ uocat zelo
tes: ꝛ iudā iacobi: ꝛ iudā ſcarioth q̄ fuit pꝛ
ditor. Et deſcēdēs cū illī ſtetit i loco cāpeſtri
ꝛ turba diſcipl̄oꝝ eiꝰ: ꝛ mltitudo copioſa ple
bis ab oī iudea ꝛ hieruſalē ꝛ maritima ꝛ ty
ri ꝛ ſydonis: q̄ venerāt ut audirēt eū: ꝛ ſa
narēt a lāguoribꝰ ſuis. Et q̄ vexabāt a ſpiri
tibꝰ imūdis curabāt. Et oīs turba q̄rebat
eū tāgē: q: uirtꝰ ō illo exibat ꝛ ſanabat oēs.
Et ipſe eleuatis oculis i diſcipulos ſuos dice
bat: Beati paupes: q: vīr est regnū dei. Be
ati qui nūc eſuritis: q: ſaturabimini. Beati
qui nūc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū
vos oderint homines: ꝛ cū ſepauerit vos
ꝛ exprobrauerint: ꝛ eiecerint nomen veſtrū
tanq̄ malū propter filiū hominis. Gaude
te in illa die ꝛ exultate. ecce.n. merces vīa
multa ē in celo. Secundū hoc.n. faciebant
pphetis pres coꝝ. Verūtn̄ ve vob̄ diuitib̄ q̄
habetis conſolationē vīam. Ve vobis q̄ ſatu
ti eſtis: q: eſurietis. Ve vobis q̄ ridetis nūc:
q: lugebitis ꝛ flebitis. Ve cū bñdixerīt vobis

oēs hoīes. Scōm hec eīz faciebant ꝓphetꝫ
ꝑes eoꝝ. Sed uob̄ dico q̄ auditis. Diligite
īnīmicos vīos: bñfacite his q̄ vos oderūt.
Bñdicite maledicētib' vob̄: et oꝛate ꝓ calū-
niantib' vos. Et q̄ te ꝑcutit in maxillā: ꝑbe
z alterā: z ab eo q̄ aufert tibi uestīmtū: etiā
tunicā noli ꝓhibē. Oī aūt petēti te tribue: z
q̄ ausert q̄ tua sūt ne repetas. Et ꝓut vultis
ut faciāt uob̄ hoīes: z vos facite illī silr̄. Et
si diligitis eos q̄ uos diligūt: q̄ uobis ē gīa:
Nā z pcōꝛes diligētes se diligūt. Et si bñfe
ceritis his q̄ vob̄ bñfaciūt: q̄ vob̄ ē gīa: Hoc
dē z pcōꝛes hoc faciūt. Et si mutuū dederi
tis his a qb' sperat recipe: q̄ gīa ē vob̄: Nā
z pcōꝛes pcōꝛib' fenerāt: ut ꝛecipiāt eq̄lia.
Uerūtñ diligite īnīmicos vīos: bñfacite: z
mutuū date: nihil inde sperātes: z erit mer
ces vīa mlta: z eritis filij altissimi: q̄ ipe be-
nign' ē sup īgratos z malos. Estote ergo mi
sericoꝛdes: sic z pr̄ vr̄ misericoꝛs ē. Nolite iudi
care: z nō iudicabimini. Nolite ꝓdēnare: et
nō ꝓdēnabimini: Dimittite: z dimittemini.
Date: z dabit̄ vob̄. Mēsurā bonā z ꝓfertā
z coagitatā z supefluentē dabūt in sinū ue
strū. Eadē q̄ppe mēsura q̄ mēsi fuerit: īme-
tiet uob̄. Dicebat aūt illīs z silitudinē: Nūq̄d
pōt cec' cecū ducē: Nonne ābo i foueam ca
dūt: Nō ē discipul' sup mḡm: ꝑfect' aūt oīs
erit si sit sic mḡ ei'. Quid aūt vides festucā
in oculo fratris tui: trabem aūt que in ocu
lo tuo est non cōsideras: Aut quō potes
dicere fratri tuo: frater sine eiciam festucā
de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non
vides: Hypocrita eīce primū trabē de ocu-
lo tuo: z tūc pspicies ut educas festucam ō
oculo fratris tui. Nō ē. n. arboꝛ bona q̄ facit
fructus malos: neq; arboꝛ mala faciēs fru
ctum bonū. Unaq̄q; n. aꝛboꝛ de fructu suo
cognoscit. Neq; n. de spinis colligūt ficus:
neq; de rubo vindemiāt vuā. Bonus hō ō
bono thesauro coꝛdis sui profert bonum:
z malus homo de malo thesauro ꝓfert ma
lū. Ex abundātia. n. coꝛdis os loq̄t. Quid
aūt uocatis me dñe dñe: z non facitis q̄ di-
co: Omnis qui uenit ad me z audit sermo-
nes meos z facit eos: ostēdā uobis cui silis
sit. Similis est homini edificanti domuz q̄
fodit in altum: z posuit fundamentū supꝛa
petrā. Inundatione aūt facta illisum est flu
men domui illi: z nō potuit eā mouere. Fū
data enim erat supꝛa petrā. Qui aūt audit
z nō facit silis ē hoī edificāti domū suā supꝛa
trā: sine fūdamīto: in quā illisus ē fluuius: z
continuo cecidit: z facta est ruina domus il
lius magna. C. VII.

Quum aūt implesset oīa uerba sua i au-
res plebis: intrauit capharnaū. Centu
rionis aūt cuiusdā seruus male habēs erat
moꝛitur': qui illi erat preciosus. Et cum au
disset de iesu: misit ad eū seniores iudeoꝝ:
rogans eā ut ueniret z saluaret seruū eius.
At illi cū uenissent ad iesum: rogabant eum
sollicite dicētes ei: q̄ dign' ē ut hoc illi pre-
stes. Diligit. n. gentē nīam: z synagogā ipse
edificauit nob̄. Jesus āt ibat cū illīs. Et cū iā
nō lōge eēt a domo: misit ad eū centurio ami-
cos dicēs: Dñe noli uexari. Nō. n. sū dign'
ut sub tectū meū intres: ꝓpt̄ qō z meipsum
nō sū dignū arbitrat' ut uenīrē ad te: sed dic
verbo z sanabit̄ puer me'. Nā z ego hō suz
sub pōte ꝓstitut' hās sub me milites: z di-
co huic: vade z vadit: z alij veni z venit: z
seruo meo fac hoc: z facit. Quo audito iesus
mirat' ē: z ꝓsus seq̄ntib' se ait: Amē
dico uobis: nec i isrl̄ tantā fidē inueni. Et re-
uersi q̄ missi fuerāt domū: inuenerūt seruū q̄
languerat sanū. Et factū ē deinceps ibat ie-
sus i ciuitatē q̄ uocat̄ naym: z ibāt cū eo di-
scipuli ei' z turba copiosa. Cū aūt appꝛopi
q̄ret porte ciuitat̄: ecce defūct' efferebat filꝰ
vnicus matris sue: z hec vidua erat: z tba
ciuitat̄ multa cū illa. Quā cū uidisset dñs:
misericoꝛdia mot' sup eā dixit illi. Noli flere:
Et accessit z tetigit loculū. Hi āt q̄ pōtabāt
steterūt. Et ait: Adolescēs: tibi dico surge.
Et resedit q̄ erat moꝛtu': z cepit loq̄: z ōdit
illū mātri sue. Accepit āt oēs timoꝛ: z magni-
ficabāt deū dicētes: Quia ꝓpheta magnus
surrexit i nob̄: z q̄: de' visitauit plebē suaz.
Et exiit hic ꝛmo i univsā iudeā de eo: z oēz
circa regionē. Et nūciauerūt ioānī discipli
ei' de oīb' his. Et ꝓuocauit duos ō discipu
lis suis ioannes: z misit ad iesū dicens: Tu
es q̄ uēturꝰ es: an aliū expectam' Cū āt ve
nissent ad eū uiri dixerūt: Joānes baptista
misit nos ad te dicēs: Tu es q̄ uēturꝰ es: an
aliū expectam': In ipa aūt hoꝛa multos cu
rauit a languoꝛib' suis z plag' z spīritibus
malis: et cecis mltis donauit visū. Et rndēs
dixit illis: Euntes renūciate ioanni q̄ audistis
z vidistis. Quia ceci vident: claudi ambulāt:
leꝛosi mūdāt: surdi audiūt: mōtui ꝛisuꝛgūt
paupes euāgelizāt: z beat' ē q̄cūq; ñ fuerit
scādalizat' in me. Et cū discessissent nuncij

ioannis: cepit de ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertū uidē? Arūdinē uēto agitatā? Sed q̄d existis uidē? Hoīem mollib⁹ uestimēt indutū? Ecce q̄ i veste p̄ciosa sunt ⁊ delitijs: in domib⁹ regū sūt. Sz q̄d existis uidē? Prophetā? Utiq; dico uob: et plusq̄ ꝓphetā. Hic ē de q̄ scriptū ē: Ecce mitto āgelū meū ante faciē tuā: q̄ p̄parabit uiā tuam añ te. Dico. u. uobis: maior int̄ natos mulierū ꝓpheta ioāne baptista nemo ē. Qui āt minor ē i regno dei: maior ē illo. Et omnis ꝑplus audiēs: et publicani iustificauerūt deū baptizati baptismo ioānis. Pharisei aūt ⁊ legisperiti ꝯsiliū dei spreuerūt i semetipsos: ñ baptizati ab eo. Ait āt dñs: Cui ergo sil̄es dicā hoīes generatiōis hui⁹: et cui sil̄es sūt? Sil̄es sūt puer sedētib⁹ i foro: et loq̄ntibus adinuicē et dicētib⁹. Cātauim⁹ uob tibijs ⁊ ñ saltast: lam̄tauim⁹ et ñ plorast. Uenit āt ioānes baptista neq; māducans panē neq; bibēs vinū: ⁊ dicit: Demoniū hz. Uēit fili⁹ hoīs māducās et bibēs: et dicit: Ecce hō ꝺuorator: et bibēs vinū: amic⁹ publicanoꝝ ⁊ pccōꝝ. Et iustificata ē sapiētia ab oīb⁹ filijs suis. Rogabat aūt illū q̄dā de phariseis: ut māducaret cū illo: et igressus domū pharisei discubuit. Et ecce mulier q̄ erat i ciuitate peccatrix ut cognouit q̄ iesus accubuit i domo pharisei: attulit alabastꝝ ūguēti: ⁊ stās retro sec⁹ pedes ei⁹: lachrymis cepit rigare pedes ei⁹: ⁊ capill̄ capit sui tergebat: ⁊ osculabat pedes ei⁹ ⁊ vnguēto vngebat. Uidēs aūt pharise⁹ q̄ vocauerat eū: ait intra se dicēs: Hic si eēt ꝓpheta: sciret vtiq; q̄ ⁊ q̄lis ē mlier q̄ tāgit eū: qr peccatrix ē. Et rñdens iesus dixit ad illū: Simō habeo tibi aliq̄d dicē. At ille ait: Mgr̄ dic: Duo debitores erāt cuidā feneratori: vn⁹ debebat denarios q̄ngētos: ⁊ ali⁹ q̄nq̄gita. Nō hñtib⁹ illis vnde redderēt: donauit vtrisq;. Quis ergo eum pl⁹ diligit? Rñdēs simō dixit: Estimo qr is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et ꝯuersus ad mulierē dixit simoni: Uides hāc mulierē? Intraui in domū tuā: aquā pedibus meis nō dedisti. Hec autē lachrymis rigauit pedes meos: ⁊ capill̄ suis tersit. Osculū mihi non dedisti: hec autē ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti: hec autez vnguento vnxit pedes meos. Propt̄ quod dico tibi: Remittūtur ei peccata multa: qm̄ dilexit multum. Cui autez minus dimittit minus diligit. Dixit autez ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accūbebant dicere intra se: Quis est hic q̄ etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit. Uade in pace.

¶ .VIII.

Et factū ē deinceps ⁊ ipse iter faciebat per ciuitates ⁊ castella predicās ⁊ euāgelizans regnū dei: ⁊ duodecim cum illo: ⁊ mulieres alique que erant curate a spiritibus malignis ⁊ infirmitatibus: maria que uocat magdalene de q̄ septē demonia exierāt: ⁊ ioāna uxor chuze ꝓcurator herodis: ⁊ susāna ⁊ alie mlte: q̄ mīstrabāt ei de facl̄tatib⁹ suis. Cū aūt turba plurima ꝯueniret: ⁊ de ciuitatib⁹ ꝓperarēt ad eū: dixit p sil̄itudinē: Exijt q̄ seminat semiare semē suū: Et dū seminat: aliud cecidit sec⁹ uiā ⁊ cōculcatum est: ⁊ volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā: ⁊ natū aruit: q̄a ñ hēbat humorē. Et aliud cecidit int̄ spinas: ⁊ simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit i terrā bonā: ⁊ ortū fecit fructū centuplū. Hec dicens clamabat: Qui habz aures audiēdi audiat. Int̄rogabāt āt eū discipl̄i ei⁹: q̄ eēt hec pabola. Quib⁹ ip̄e dixit: Uob datū ē nosse mysteriū regni dei: cet̄is aūt i pabolis: ut vidētes nō uideāt: ⁊ audiētes ñ intelligant. Est aūt hec pabola: Sem̄ ē v̄bū dei. Qui aūt sec⁹ viā: hi sūt q̄ audiūt: deinde venit diabolus ⁊ tollit uerbū de corde eorū: ne credentes salui fiāt. Nā q̄ supra petrā: q̄ cū audierīt cum gaudio suscipiunt uerbū. Et hi radices nō hñt: qr ad tp̄us credūt: ⁊ i tp̄e tētationis recedunt. Quod aūt in spinas cecidit: hi sūt q̄ audierūt ⁊ a sollicitudinib⁹ ⁊ diuitijs ⁊ voluptatib⁹ uite euntes suffocāt: ⁊ nō referūt fructū. Qd aūt in bonā terrā: hi sūt q̄ i corde bono ⁊ optimo audiētes v̄bū retinent: ⁊ fructū afferunt in patiētia. Nemo aūt lucernā accēdens opit eā vase: aut subtus lectū ponit: sed supra cā delabrū ponit: ut itrātes videāt lumē. Nō ē eiz occultū qd nō manifestet: nec absconditum qd nō cognoscat ⁊ i palā ueniat. Uidete ergo q̄d audiat. Qui. n. habet dabit illi: ⁊ q̄cūq; nō hz: etiā qd putat se hr̄e auferet ab illo. Uenerūt aūt ad illū mat̄ ⁊ fratres ei⁹ ⁊ non poterant adire eū pre turba. Et nunciatū ē illi: Mater tua ⁊ fratres tui stā for: volētes te uidere. Qui rñdēs dixit ad eos: Mat̄ mea ⁊ fratres mei hi sūt: q̄ uerbū dei

audiũt ⁊ faciũt. Factũ ē aũt in vna dieꝝ: et ipe aſcẽdit in nauiculã: ⁊ diſcipuli eiꝰ: ⁊ ait ad illos: Trãſfretem⁹ trãs ſtagnũ. Et aſcenderũt. Et nauigãtib⁹ illis obdormiuit: ⁊ deſcẽdit procella uẽti in ſtagnũ: ⁊ cõpellebantur ⁊ periclitabãt. Accedẽtes aũt ſuſcitauerũt eũ dicẽtes: Preceptor pim⁹. At ille ſurgẽs increpauit uẽtũ ⁊ tẽpeſtatẽ aque ⁊ ceſſauit: ⁊ facta ē trãquillitas. Dixit aũt illis: Vbi ē fides vra? Qui timẽtes mirati ſũt adinuicẽ dicentes: Quis putas hic eſt: qui ⁊ uẽtis ⁊ mari imperat: ⁊ obediũt ei? Et nauigauerunt ad regionẽ geraſenoꝝ: q̃ ē ꝓtra galileã. Et cũ ꝺ̃ nauí egreſſus eẽt ad trã: occurrit illi uir q̃ dã q̃ hẽbat demoniũ iã tpib⁹ multis: ⁊ ueſtimento nõ induebat: neq; in domo manebat ſz i monumẽtis. Is ut uidit ieſũ, procidit añ illũ: ⁊ exclamans voce magna dixit: Quid mihi et tibi ē ieſu fili dei altiſſimi? Obſecro te: ne me torq̃as. Precipiebat enim ſpiritui imundo: ut exiret ab hoĩe. Multis .n. tẽporibus arripiebat illũ: et vinciebat catenis et cõpedib⁹ cuſtodiẽ: et ruptis vinculis agebat a demonio i deſerta. Interrogauit aũt illũ ieſus dicẽs: Qõ tibi nomẽ ē? At ille dixit: Legio. Quia intrauerãt demonia multa i eũ. Et rogauerũt illũ: ne iparet illis ut i abyſſũ irent. Erat ãt ibi grex põcoꝝ multoꝝ paſcẽtium i mõte: ⁊ rogabãt eũ ut pmittẽt eis in illos igredi. Et pmiſit ill⁹. Exieũt ergo demonia ab hoĩe: ⁊ intraueũt i porcos: ⁊ impetu abiit grex p ꝓceps in ſtagnũ: ⁊ ſuffocat⁹ eſt. Qõ ut viderũt factũ q̃ paſcebãt fugerũt: et nũciauerũt in ciuitatẽ ⁊ in villas. Exieũt ãt videre qõ factũ ē: ⁊ uenerũt ad ieſũ: ⁊ inueneriũt hoiem ſedẽtẽ a q̃ demonia exierãt ueſtitũ: ac ſana mẽte ad pedes eiꝰ: ⁊ timueũt: Nũciauerũt aũt illis ⁊ q̃ viderãt: quõ ſanꝰ factꝰ eẽt a legiõe. Et rogauerũt illũ oĩs mlt̃itudo geraſenoꝝ: ut diſcedẽt ab ipis: q; magno timore tenebãt. Ipſe aũt aſcẽdẽs nauiz reuerſus ē. Et rogabat illũ uir: a q̃ demõia exierãt: ut cũ eo eẽt. Dimiſit aũt eũ ieſus dicẽs: Redi i domũ tuã: ⁊ narra quãta tibi fecit deꝰ. Et abiit p uniuerſã ciuitatẽ pdicãs: quanta illi feciſſet ieſus. Factum eſt autem cũ rediſſet ieſus: excepit illũ turba. Erãt ãt omnes expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen iairus: ⁊ ipe princeps ſynagoge erat: ⁊ cecidit ad pedes ieſu: rogans eum ut intraret in domũ eius: quia unica filia erat ei fere annorum duodeciz: ⁊ hec moriebat.

Et contigit dũ iret: a turbis comprimebat. Et mulier q̃dam erat i fluxu ſanguinis ab annis duodecim: q̃ in medicos erogauerat oẽm ſubſtantiã ſuã: nec ab ullo potuit curari. Accediit retro ⁊ tetigit fimbriã ueſtimẽti eiꝰ: ⁊ ꝓtinus ſtetit fluxus ſanguinis eius. Et ait ieſus: Quis ẽ qui me tetigit? Negantibus aũt oibus: dixit petr⁹ ⁊ q̃ cũ illo erãt: Preceptor: turbe te cõprimũt ⁊ affligũt: et dicis me tetigit? Et dixit ieſus: Tetigit me aliq̃s. Nã ⁊ ego noui uirtutẽ de me exiſſe. Videſ aũt mlier q; nõ latuit: tremẽs venit ⁊ procidit añ pedes eiꝰ: ⁊ ob quã cauſam tetigerit eũ indicauit coram oi pplo: ⁊ quẽadmodum ꝓtinus ſanata ſit. At ipſe dixit ei: Filia fides tua ſaluã te fecit: uade i pace. Adhuc illo loquẽte: venit q̃dã ad pncipẽ ſynagoge dicẽs ei: q; mortua ē filia tua: noli uexare illum. Jeſus aũt audito hoc vbo: rndit patri puelle: Noli timere: Crede tñ: ⁊ ſalua erit. Et cũ veniſſet domũ: nõ pmiſit intrare ſecũ quẽq̃: niſi petrum iacobũ ⁊ ioannẽ: ⁊ patrem ⁊ matrẽ puelle. Flebãt aũt oẽs ⁊ plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere. Non ẽ mortua puella ſed dormit. Et deridebant eum: ſcientes q; mortua eẽt. Ipſe aũt tenẽs manũ eiꝰ clamauit dicẽs: Puella ſurge. Et reuſus eſt ſpus eius: ⁊ ſurrexit cõtinuo. Et iuſſit illi dare manducare. Et ſtupuerũt parẽtes eius quibus pcepit: ne alicui dicerẽt qõ factum erat.

¶ .IX.

Conuocatis aũt ieſus duodecim apoſtolis: dedit illis uirtutẽ ⁊ pſtatẽ ſuper oĩa demonia: ⁊ ut lãguores curarẽt. Et miſit illos pdicare regnum dei: ⁊ ſanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia: neq; uirgã neq; peraz neq; panẽ neq; pecuniam: neq; duas tunicas habeatis. Et i quãcũq; domũ intraueritis ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et q̃cũq; nõ recepint vos: exeũtes de ciuitate illa: ẽt puluerẽ pedũ vrorꝝ excutite i teſtimoniũ ſupra illos. Egreſſi autẽ circuibãt p caſtella: euãgelizãtes ⁊ curãtes vbiq;. Audiuit ãt herodes tetrarcha oĩa q̃ fiebãt ab eo: ⁊ heſitabat eo q; diceret a quibuſdã: q; ioannes ſurrexit a mortuis: a q̃buſdã vo q; helias apparuit: ab alĩs autẽ q; pphet⁹ vn⁹ de antiq̃s ſurrexit. Et ait herodes: Joãnẽ ego decollaui: quis eſt ãt iſte de q̃ ego talia audio? Et q̃rebat uidẽ eũ. Et reuerſi appli narraueũt illi quecũq; fecerũt: ⁊ aſſũptis illis ſeceſſit ſeorſũ i locũ deſertũ

q̄ ē bethsaide. Qđ cū cognouissent turbe se cute sūt illū: ⁊ excepit eos ⁊ loquebat illis de regno dei: ⁊ eos q̄ cura indigebāt: sanabat. Dies āt cepat declinare. Et accedentes duodeci dixēt illi: Dimitte turbas: ut euntes i castella villasq; q̄ circa sūt diuertāt ⁊ i ueniāt escas: q; hic in loco desto sum⁹. Ait āt ad illos: Vos date illi māducare. At illi dixerūt: Nō sūt nobis plusq̄ q̄nq; panes ⁊ duo pisces: nisi forte nos eam⁹ ⁊ emamus i ōem hāc turbā escas. Erāt autem fere uiri q̄nq; milia. Ait aūt ad discipulos suos: Facite illos discūbere p cōuiuia q̄nq̄genos: ⁊ ita fecerūt. Et discubuerūt oēs. Accepit aūt q̄nq; panib⁹ ⁊ duob⁹ piscib⁹: respexit i celū ⁊ bñdixit illis: ⁊ fregit ⁊ distribuit discipul⁹ suis: ut ponerent añ turbas. Et māducauerūt oēs: ⁊ saturati sūt. Et sublatū ē qđ superfuit illis fragmētoꝝ cophinū duodeci. Et factum ē cū sol⁹ eēt orans: erāt cū illo ⁊ discipuli: ⁊ itrogauit illos dicēs: Quē me dicūt eē turbe: At illi rñderūt ⁊ dixerūt: Joannē baptistā: alij āt heliā: alij vo q; un⁹ ꝓpheta de poribus surrexit. Dixit aūt illis: Vos āt quē me eē dicis: Rñdēs simon petr⁹ dixit: Christū dei. At ille icrepans illos p̄cepit ne cui dicerēt hoc: dicēs: q; oz filiū hois multa pati ⁊ reprobari ab seniorib⁹ ⁊ pncipib⁹ sacerdotū ⁊ scribis: ⁊ occidi: ⁊ tertia die resurgere. Dicebat āt ad oēs: Siq̄s vult post me uenire abneget semetipm: ⁊ tollat crucē suā quotidie: ⁊ seq̄t me. Qui. n. uoluerit aiam suā saluā facē pdet illā. Nā q̄ pdiderit aiaz suā ꝓpter me: saluā faciet illā. Quid. n. pfīcit hō si lucret vniuersū mundū: se aūt ipsū pdat ⁊ detrimētū sui faciat? Nam q̄ me eruberit ⁊ meos sermōes: hunc filⁱ hois erubescet cū uenerit i maiestate sua ⁊ p̄ris ⁊ sctoꝝ āgeloꝝ. Dico āt uob⁹: vere sūt aliq̄ hic stātes: q̄ nō gustabūt mortē donec videant regnū dei. Factū est aūt p⁹ hec uerba fere dies octo: ⁊ assumpsit petrū ⁊ iacobū ⁊ ioannez: ⁊ ascendit in montē ut oraret. Et facta est dū oraret species vultus ei⁹ altera: ⁊ uestitus ei⁹ albus ⁊ refulgens. Et ecce duo uiri loquebant cū illo. Erant autē moyses et helias visi in maiestate: ⁊ dicebant excessū eius: quē cōpleturus erat in hierusalē. Petrus vero ⁊ qui cū illo erāt: grauati erāt sōno. Et euigilātes viderunt maiestatem ei⁹: ⁊ duos uiros q̄ stabant cū illo. Et factum est cū discederent ab illo: ait petr⁹ ad ieſuz:

Preceptor bonū ē nos hic eē: ⁊ faciam⁹ tria tabernacula: vnū tibi: ⁊ vnū moysi: et vnū helie: nesciēs qđ diceret. Hec aūt illo loq̄nte: facta ē nubes ⁊ obūbrauit eos: ⁊ timuerūt intrātib⁹ illis in nubē. Et vox facta ē de nube dicēs: Hic ē filⁱ me⁹ dilect⁹: ipsū audite. Et dū fieret vox: inuētus ē iesus sol⁹: ⁊ ipsi tacuerūt ⁊ nemini dixerūt i illis dieb⁹ q̄q̄ ex his q̄ viderāt. Factū ē aūt in sequēti die descendētib⁹ illis ō monte: occurrit illis turba multa. Et ecce uir de tba exclamauit dicēs: Magr̄ obsecro te: respice in filiū meū q; unicus ē mihi. Et ecce sp̄us apphendit eū: ⁊ subito clamat et elidit ⁊ dissipat eū cū spuma ⁊ vix discedit dilaniās eū. Et rogaui discipl⁹ tuos ut eīcerēt illū: ⁊ nō potuerūt. Rñdens aūt iesus dixit: O generatio infidelis ⁊ p̄ua: vsq̄quo ero apd vos ⁊ patiar vos? Adduc huc filiū tuū. Et cū accederet: elisit illū demoniū et dissipauit. Et increpauit iesus sp̄m imūdū ⁊ sanauit puerū: et reddidit illū p̄ri ei⁹. Stupebāt āt oēs i magnitudine dei. Oibusq̄ mirātib⁹ i oib⁹ q̄ faciebat: dixit ad discipl⁹ suos: Pōite vos i cordibus vr̄is sm̄ones istos. Filⁱ⁹ .n. hois futurꝝ est ut tradat i man⁹ hoiuz. At illi ignorabāt vbū istud ⁊ erat uelatū añ eos ut ñ sentirēt illd: et timebāt eū introgare de hoc vbo. Intrauit āt cogitatio i eos: q̄s eoꝝ maior eēt. At iesus uidēs cogitatiōes cordis illoꝝ apphēdit puerꝝ ⁊ statuit illū sec⁹ se: ⁊ ait illis: Qui cūq; suscepit puerꝝ istū in noīe meo me recipit. Et q̄cūq; me recepit: recipit eū q̄ me misit. Nā q̄ minor ē int̄ oēs vos: hic maior ē. Rñdens aūt ioannes dixit: Preceptor uidimus quendā in noīe tuo ejcientē demonia ⁊ phibuim⁹ eū: q; ñ seq̄t nobiscū. Et ait ad illos iesus: Nolite phibē. Qui. n. nō ē adv̄sum vos: p uob⁹ ē. Factū ē aūt dū cōplerent dies assūptionis ei⁹: ⁊ ipe faciē suā firmauit ut iret i hierusalē. Et misit nūcios añ ꝓspectum suū: ⁊ euntes intrauerūt i ciuitatē samaritanoꝝ ut parārēt illi. Et nō recepunt eū: q; facies ei⁹ erat euntis hierusalē. Cū uidissēt aūt discipli ei⁹ iacob⁹ et ioānes dixēt: Dne vis dicim⁹ ut ignis descēdat de celo: et consumat illos? Et conuersus increpauit illos dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hois nō uenit aias perdere sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est aūt ambulantibus illis in uia: dixit quidaz ad illū. Sequar te q̄cūq; ieris. Dixit illi ieſus:

Vulpes foueas hñt: et uolucres celi nidos: filiꝰ aũt hois nõ hz ubi caput suũ reclinet. Alit aũt ad alterꝫ: Sequre me. Ille aũt dixit: Dñe: pmitte mihi pmũ ire et sepelire patrẽ meũ. Dixitq; ei iesus: Sine ut mõrui sepeliant mortuos suos: tu aũt uade et annucia regnum dei. Et ait alter: Sequr te domine: sed permitte mihi primum renunciare his qui domi sũt. Alit ad illuz iesus: Nemo mittens manũ suã ad aratrum et aspiciens retro: aptus est regno dei. ¶ .V. X.

Post hec aũt designauit dñs et alios septuagintaduos: et misit illos binos ante faciẽ suã in omnẽ ciuitatem et locuz q̃ erat ipse vẽtur⁹. Et dicebat illis: Messis q̃dẽ multa: operarij aũt pauci. Rogate ergo dñz messis ut mittat operios i messẽ suã. Ite: ecce ego mitto uos sicut agnos iẽ lupos. Nolite portare sacculũ neq; perã neq; calciamenta: et neminẽ p uiã salutaueritis: In quãcũq; domũ intraueritis: primũ dicite: pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illũ pax vestra: sin aũt ad uos reuertet. In eadẽ aũt domo manete: edentes et bibentes q̃ apud illos sũt. Dignus enim est operarius mercede sua. Nolite trãsire de domo i domũ. Et i quãcũq; ciuitatẽ intraueritis et suscepint uos: mãducate q̃ apponũt uob: et curate infirmos q̃ i illa sũt: et dicite illis: appropinq̃bit i vos regnum dei. In quãcũq; aũt ciuitatẽ intraueritis et non suscepint vos: exeũtes i plateas eius dicite: Etiã puluerẽ q̃ adhesit nob de ciuitate vestra extergimus i vos. Tñ hoc scitote: q: appropinq̃bit regnũ dei. Dico uob: q: sodomis i die illa remissius erit q̃ illi ciuitati. Ve tibi corozaim: ve tibi bethsaida: q: si i tyro et sydone facte fuissẽt uirtutes q̃ facte sũt i uob olim: in cilicio et cinere sedentes peniterẽt. Verumtñ tyro et sydoni remissius erit i iudicio q̃ uob. Et tu capharnaũ usq; ad celũ exaltata usq; ad infernũ demergeris. Qui vos audit me audit: et q̃ uos spnit me spnit. Qui aũt me spernit: spernit eũ q̃ misit me. Reversi sũt aũt septuagitaduo cũ gaudio dicentes: Dñe: etiã demonia subjciũt nob i nomine tuo. Et ait illis: Videbã sathanã sicut fulgur de celo cadentẽ. Ecce dedi uob potatẽ calcãdi supra spẽtes et scorpiones et supra õez uirtutẽ inimici: et nihil uob nocebit. Verumtñ i hoc nolite gaudere: q: spus uob subjciũt. Gaudete aũt: q: nomina vestra scripta sũt i celis. In ipa hora exultauit in spũ sancto et dixit: Confitebor tibi dñe pr celi et terre: q: abscondisti hec a sapiẽtib et prudẽtib: et revelasti ea puul. Etiã pr: qm̃ sic placuit ante te. Omia mihi tradita sũt a pre meo. Et nemo scit qs sit filius nisi pr: et qs sit pr nisi filius: et cui voluerit filius revelare. Et conversus ad discipulos suos dixit: Beati oculi q̃ vident q̃ vos videtis. Dico.n. uob: q: multi pphete et reges voluerũt videre q̃ vos videtis: et non viderũt: et audire q̃ auditis et non audierũt. Et ecce quidã legisperit surrexit tentãs illũ et dicens: Magr: quid faciẽdo vitã eternã possidebo? At ille dixit ad eũ: In lege quid scriptum est: quo legis? Ille rndens dixit: Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota aia tua: et ex oib uiribus tuis: et ex oĩ mente tua: et proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte rndisti. Hoc fac et vives. Ille autẽ volens iustificare seipsũ dixit ad iesũ: Et qs ẽ meus proxim⁹? Suspiciens aũt iesus dixit: Homo quidã descendebat ab hierusalẽ i hiericho et incidit i latrones: q̃ et despoliauerũt eum: et plagis ipositis abierũt semivivo relicto. Accidit aũt ut sacerdos quidaz descenderet eadẽ via: et viso illo pterivit. Similit et levita: cum esset secus locum et videret eum pterijt. Samaritanus aũt quidã iter faciens venit secus eum: et videns eum misericordia motus ẽ. Et approprians alligauit vulnera eius: infundens oleum et vinum: et imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum: et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario: et ait: Curam illius habe: et quodcunq; superogaueris ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi q̃ incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi iesus: Vade et tu fac similiter. Factum ẽ aũt dum irent: et ipse intrauit in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomine excepit illum i domum suam: et huic erat soror nomine maria: que etiã sedens secus pedes dñi audiebat uerbum illius: martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et ait: Dñe non est tibi curae: quod soror mea reliquit me solã ministrare. Dic ergo illi ut me adiuuet. Et rndens dixit illi dñs: Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima: Porro unum est necessarium: Maria optimam partem elegit: q̃ non auferetur ab ea. .XI.

Et factum ẽ cum esset in quodam loco orans: ut cessauit: dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine doce nos orare: sicut docuit ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis dicite: Pater: sanctificetur nomen tuum

adueniat regnū tuū: panem nostrū quotidianum da nob̄ hodie: ⁊ dimitte nobis pcā
ta: siq̄dē ⁊ nos dimittim⁹ debēti nobis: et
ne nos inducas i tētationē. Et ait ad illos:
Quis vr̄z hēbit amicū ⁊ ibit ad illū media
nocte ⁊ dicet illi: amice cōmoda mihi tres
panes: qm̄ amic⁹ me⁹ venit de uia ad me: et
non habeo q̄ ponā ante illū: ⁊ ille deintus
respondens dicat: noli mihi molestus eē: iā
ostiū clausū est: ⁊ pueri mei mecū sunt i cu-
bili: nō possū surgē ⁊ dare tibi? Et ille si pse
uerauerit pulsans: dico uob̄: ⁊si nō dabit il
li surgens: eo q̄ amic⁹ eⁱ sit: ppr̄ ip̄robitatē
tū eius surget: ⁊ dabit illi q̄tquot hz necessa
rios. Et dico ego uob̄: Petite ⁊ dabit vob̄:
q̄rite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ apiet vob̄. Qis
eiz q̄ petit accipit: ⁊ q̄ querit inuenit: ⁊ pul-
santi apiet. Quis āt ex uob̄ patrē petit pa
nem: nūq̄d lapidē dabit illi? Aut piscē: nun
q̄d p piscē serpentē dabit illi? Aut si petierit
ouū: nūq̄d porriget illi scorpionē? Si ergo
vos cū sit⁹ mali nostis bona data dare filijs
vr̄is: quāto magis p̄ ur̄ celestis de celo da
bit spm bonū petētib⁹ se. Et erat eiciens d̄
monīū: ⁊ illud erat mutū: ⁊ cū eiecisset de-
moniū locut⁹ ē mut⁹: ⁊ admirate sūt turbe.
Quidā āt ex eis dixer̄t: In belzebub p̄ncipe
demoniorz eiicit demonia. Et alij tētantes
signū de celo q̄rebāt ab eo. Ipse āt ut uidit
cogitatiões eorz dixit eis: Oē regnū i seipsū
diuisū d̄solabit: ⁊ dom⁹ supra domū cadet.
Si aūt ⁊ sathanas i seipm diuisus est: quō
stabit regnū eⁱ: qr̄ dicit⁹ i belzebub me eiicē
demonia? Si aūt ego in belzebub eiicio de-
monia: filij vr̄i i q̄ eiiciūt? Ideo ipsi iudices
vr̄i erūt. Porro si i digito dei eiicio dēonia:
pfecto puenit i vos regnū dei. Cū fortis ar-
matus custodit atriū suū: in pace sunt ea q̄
possidet. Si āt fortior eo supueniēs vicerit
eū: vniuersa arma eⁱ auferet i quib⁹ cōfide
bat: ⁊ spolia eⁱ distribuet. Qui nō ē mecū:
contra me ē: ⁊ q̄ nō colligit mecū dispergit.
Cū īmūdus sp̄us exierit de hoie: ambulat
p loca inaquosa querēs requiē: ⁊ nō inueni
ens dicit: Reuertar i domū meā vnd̄ exiui.
Et cū uenerit inuenit eā scopis mūdatam.
Tūc vadit ⁊ assūmit septē alios sp̄us secuz
neqorres se: ⁊ ingressi habitāt ibi. Et fiūt no
uissima hois illius peiora priorib⁹. Factū
est aūt cū hec dicēt: extollens vocē quedam
mulier de turba dixit illi: Beatus uenter q̄
te portauit: ⁊ vbera q̄ suxisti. At ille dixit:
Quinimo: beati q̄ audiūt vbum dei: ⁊ custo
diūt illud. Turbis aūt p̄currētib⁹ cepit dice
re: Generatio hec generatio nequa ē: signum
querit: ⁊ signū nō dabit ei: nisi signum ione.
Nā sicut fuit ionas signū niniuitis: ita erit ⁊
filius hois generationi isti. Regina austri surget i iudicio cū viris generatiōis huius ⁊ pdē
nabit illos: qr̄ vēit a finib⁹ tre audire sapiē
tiā salomōis. Et ecce plusq̄ salomō hic. Viri niniuite surgēt i iudicio cū generatōe hac
⁊ pdēnabūt illā: qr̄ pniaz egerūt i pdicatione
ione. Et ecce plusq̄ iona hic. Nēo lucernaz
accēdit ⁊ i abscōdito ponit neq; sub modio
sed supra cādelabrū: ut q̄ igrediūt lumen vi
deāt. Lucerna corpis tui ē oculus tuus. Si oculus tu⁹ fuerit simplex: totū cōp⁹ tuū lucidū
erit: si aūt nequa fuerit: etiā corp⁹ tuuz tene
brosum erit. Vide ergo ne lumē q̄ i te ē te
nebre sint. Si ergo corp⁹ tuū totū lucidū fu
erit ñ hns aliquā ptē tenebraz: erit luciduz
totū. Et sic lucerna fulgore illuminabit te.
Et cū loqueret: rogauit illū q̄dā phariseus
ut prandere⁹ apud se. Ihesus aūt ingressus
recubuit. Pharise⁹ aūt cepit intra se ꝑputās
dicere: q̄re nō baptizat⁹ eēt añ prandiuz. Et
ait dñs ad illū: Nunc uos pharisei q̄ defo
ris ē calicē ⁊ catini mūdatis: q̄ aūt int⁹ ē ue
strum: plenū ē rapina ⁊ iniquitate. Stulti:
nōne q̄ fecit q̄ defor⁹ ē: etiā id q̄ deitus ē
fecit? Verūtm̄ q̄ supest date elemosynā: ⁊ ec
ce oia munda sūt uob̄. Sed ue uob̄ pharise
is q̄ decimat⁹ mentā ⁊ rutā ⁊ oē olus: ⁊ pte
ritis iudiciū ⁊ caritatē dei. Hec aut opor-
tuit facē: ⁊ illa ñ omittē. Ve uob̄ pharisei: q̄
diligit⁹ p̄mas cathedras i synagogis: ⁊ salu
tatiões i foro. Ve uob̄ qr̄ est⁹ ut monumēta
q̄ ñ parēt: ⁊ hoies ābulates supra nesciunt.
Rñdēs āt q̄dā ex legisp̄it⁹ ait illi: Mgr̄: hec
dicēs etiā p̄tumeliā nob̄ facis. At ille ait: ⁊
uob̄ legisp̄it⁹ ue: qr̄ onerat⁹ hoies oneribus
que portare nō p̄nt: ⁊ ip̄i uno digito uestro
nō tāgit⁹ sarcinas. Ve uob̄ q̄ edificat⁹ monu
menta pphetaz: pres aūt uestri occiderunt
illos: Profecto testificamini q̄ consentitis
operibus patrū uestrorū: qm̄ quidē ip̄i eos
occiderunt: vos autē edificatis eorū sepul-
chra. Propea ⁊ sapientia dei dixit: Mittā
ad illos pphetas ⁊ aplos: ⁊ ex illis occidēt
⁊ persequent: ut inquirat⁹ sanguis oīuz pro
phetarum qui effusus est a constitutiōe mū
di a generatione ista: a sanguine abel usq;
ad sanguinē ꝑzacharie: qui perīt int̄ altare ⁊

edera. ℣ta dico uobis: requirēt ab hac gene ratione. ℣e uobis legisperitis qui tulistis cla uem scientie: ipsi non introistis: ⁊ eos qui introibant, phibuistis. ℣ū aūt hec ad illos diceret: ceperūt pharisei ⁊ legisperiti grauit̄ insistere: ⁊ os eius oppr̄imere de multis in sidiantes ei: ⁊ querentes aliquid capere de ore eius: ut accusarent eū. ¶ .XII.

MUltis aūt turbis concurrentib⁹ ita ut se inuicē p̄culcarēt: cepit dicere ad di scipulos suos: ℣ttendite a fermento phari seorū: quod est hypocrisis. ℣ihil.n. optū ē qđ ñ reueletur: neq; abscōditū qō ñ sciat. ℣m̄ q̄ in tenebris dixistis: i lumine dicent: ⁊ qđ i aure locuti estis i cubiculis: p̄dicabit̄ in tectis. ℣ico aūt uob⁹ amicis meis ne terre amini ab his q̄ occidūt corp⁹: ⁊ p⁹ hec non hñt ap̄li⁹ qđ faciāt. ℣ūdam aūt uob⁹ quē timeat. ℣imete eū: q̄ postq̄ occiderit: habz p̄statē mittē in gehēnā. ℣ta dico uob⁹: hūc ti mete. ℣ōne q̄nq; passeres veneūt dipōdio: ⁊ vn⁹ ex illis nō ē i obliuiōe coz̄ deo? ℣z ⁊ capilli capitis vr̄i oēs numerati sūt. ℣olite ergo timē: ml̄ti passeribꝰ pl̄ris est vos. ℣ico aūt vob⁹: ois q̄cūq; p̄fessus fuerit me coz̄ hōib⁹: ⁊ fili⁹ hōis cōfitebit̄ illū coz̄ āgelis dei. ℣ui aūt negauerit me coz̄ hōib⁹: ne gabit̄ coz̄ angelis dei. ℣t ois q̄ dicit uerbū in filiū hōis remittet illi: ei āt q̄ i sp̄m sāctū blasphemauerit nō remittet. ℣ū āt inducēt vos in synagogas: ⁊ ad magistratus ⁊ pote states: nolite solliciti esse: q̄lit̄ aut qđ rñdea ti: aut qđ dicat̄. ℣ps.n. sāct⁹ docebit vos i ipa hora: qđ oporteat vos dicē. ℣lit autē ei q̄dā de turba: ℣gē dic fratri meo: ut diui dat mecū hereditatē. ℣t ille dixit ei: ℣ō: q̄s me p̄stituit iudicē aut diuisorez supra vos? ℣ixitq; ad illos: ℣idete ⁊ cauete ab oi auа ricia: q: ñ i abundantia cuiusq; vita ei⁹ ē ex bis q̄ possidet. ℣ixit aūt similitudinē ad illos dicēs: ℣ōis cuiusdā diuit̄ vberes fructus agez attulit: ⁊ cogitabat intra se dicēs: ℣uid faciā: q⁹ nō habeo q̄ cōgregē fructus meos? ℣t dixit: ℣oc faciā. ℣estruā horrea mea: et maiora faciā: ⁊ illuc cōgregabo oia q̄ nata sunt mihi ⁊ bona mea: ⁊ dicā aie mee: ℣lia habes mlta bona posita i ānos plūmos: re q̄esce: comede: bibe: epulare. ℣ixit āt illi de us: ℣tl̄te hac nocte aiaz tuam repetūt a te. ℣ue āt parasti: cui⁹ erit? ℣ic ē q̄ sibi thesauri zat: ⁊ nō ē i deū diues. ℣ixitq; ad discipl̄os suos. ℣ō dico uob⁹: ℣olite solliciti eē aie vr̄e q̄d māducet: neq; cōpori q̄d induamini: aia plus ē q⁹ esca: ⁊ corp⁹ pl⁹ q⁹ uestimētū. ℣on siderate coruos: q: nō seminā neq; metūt: q̄b⁹ nō est cellariū neq; horreū: ⁊ de⁹ pascit illos: quāto mag⁹ vos pluris est vr̄i. ℣uis aūt vr̄m cogitādo pōt adr̄icere ad staturam suā cubitū vnū? ℣i ergo neq; q̄ minimū ē potest: qđ de ceteris solliciti est? ℣ōsiderate lilia quō cr̄escūt: nō laborāt neq; nēt. ℣ico aūt vob⁹: nec salomon i ōi gl̄ia sua uestiebat sicut vnū ex istis. ℣i aūt fenū q̄ hodie ē in agro ⁊ cras in clibanū mittit: de⁹ sic vestit: quāto magis vos pusille fidei? ℣t vos noli te q̄rē qđ māducet: aut qđ bibat: ⁊ nolite i sublime tolli. ℣ec aūt oia gentes mūdi que runt. ℣at aūt vr̄i scit q̄m his indigetis. ℣e rūtm̄ q̄rite p̄mū regnū dei ⁊ iusticiā ei⁹: et hec oia adr̄icient uob⁹. ℣olite timē pusillus grex: q: cōplacuit p̄ri vr̄o dare uob⁹ regnuz. ℣ēdite q̄ possidetis: ⁊ date elemosynā. ℣a cite vob⁹ sacculos q̄ nō veterascūt: thesauz̄ ñ deficientē i cel⁹. ℣uo fur ñ appropiat: neq; tinea corrumpit. ℣bi.n. thesaur⁹ uester ē: ibi ⁊ cor vestrū erit. ℣int lumbi vr̄i p̄cincti ⁊ lucerne ardētes i manib⁹ vr̄is: ⁊ uos simles hōib⁹ expectantib⁹ dñm suū q̄n reuertat a nuptijs: ut cū venerit ⁊ pulsauerit p̄festim apiant ei. ℣eati sui illi: q̄s cū venerit dñs i uenerit uigilātes. ℣mē dico uob⁹: q⁹ p̄ciget se ⁊ faciet illos discūbere: ⁊ trāsiens ministra bit illi. ℣t si uenerit i secūda vigilia: ⁊ si i ter tia vigilia venerit: ⁊ ita iuenerit: beati sī sui illi. ℣oc aūt scitote: q̄m si sciret p̄familias q̄ hora fur veniret: vigilaret vtiq; ⁊ nō sine ret perfodi domū suā. ℣t vos estote parati q: q̄ hora nō putatis fili⁹ hōis uenit. ℣lit aūt ei petr⁹: ℣ñe ad nos dic̄ hāc pabolā: an ⁊ ad oēs? ℣ixit aūt dñs: ℣uis putas ē fide lis dispēsator ⁊ prudēs: quē p̄stituit dñs su pra familiā suā: ut det illis i tp̄e tritici men surā? ℣eat⁹ ille seruus: quē cū venerit dñs in uenerit ita facientē. ℣ere dico vob⁹: q̄m su pra oia q̄ possidet: constituet illū. q⁹ si dixe rit seruus ille in corde suo: morā facit domi nus meus venire ⁊ ceperit percutere suos ⁊ ancillas: ⁊ edere ⁊ bibere ⁊ inebriari: veni et dñs serui illius in die qua nō sperat ⁊ ho ra qua nescit: ⁊ diuidet eū: partemq; ei⁹ cuz infidelibus ponet. ℣lle aūt seru⁹ qui cogno uit uoluntatem domini sui: ⁊ non se p̄para uit ⁊ nō fecit scōm voluntatē ei⁹: vapulabit multis. qui aūt non cognouit ⁊ fecit digna

plagis vapulabit paucis. Oi aũt cui multũ datũ ẽ: multũ querẽt ab eo: ⁊ cui cõmendauerũt multũ: plus petent ab eo. Ignem veni mittẽ i trã: ⁊ qd volo nisi ut accendat? Baptismo aũt habeo baptizari: ⁊ quõ coartor usq; dũ pficiat? Putatis q; pacẽ veni mittẽ i terrã? Nõ dico uob: sed sepationẽ. Erũt. n. ex hoc qnq; i domo vna diuisi: tres i duos ⁊ duo i tres diuidẽt: pr i filiũ ⁊ filr i patrez suũ: mar in filiã ⁊ filia i matrẽ: socr in nurum suã ⁊ nurus i socrũ suã. Dicebat autẽ ad turbas: Cũ uideritis nubẽ orientẽ ab occasu: statim dicitis nimbr venit: ⁊ ita fit: ⁊ cum austrũ flantẽ: dicitis qr estus erit: ⁊ fit. Hypocrite facie celi ⁊ tre nosti pbare: hoc aũt tps quõ nõ pbatis? Quid aũt ⁊ a uobis ipsis non iudicatis quod iustũ ẽ? Cũ autez vadis cũ aduersario tuo ad pncipẽ in via: da operã liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicẽ: ⁊ iudex tradat te exactori: ⁊ exactor mittat te in carcerẽ. Dico tibi: non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas.

.XIII.

Aderant aũt qdã ipo in tpe nunciãtes illi de galileis: quoz sanguinẽ pilatr miscuit cũ sacrificijs eorũ. Et respondẽs dixit illis: Putatis q; hi galilei pr omnib' galileis pccores fuerint: quia talia passi sunt? Nõ dico vob: sed nisi pñiaz habueritis: oes silr pibitis sic illi decẽ ⁊ octo supra qs cecidit turris i syloe ⁊ occidit eos. Putatis qr et ipi debitores fuerit: pter oes hoies habitãtes in irlm? Nõ dico vob: sed si non pñiam habueritis: oes silr pibitis. Dicebat aũt ⁊ hãc silitudinẽ: Arborẽ fici habebat qdã plantatã i vinea sua: ⁊ venit querẽs fructũ i illa: ⁊ nõ inuẽit. Dixit aũt ad cultorẽ vinee: Ecce anni tres sũt ex q venio querẽs fructũ in ficulnea hac: ⁊ nõ inuenio. Succide ergo illã ut qd etiã trã occupat? At ille rndens dixit illi: Dñe dimitte illã ⁊ hoc ano usq; dũ fodiam circa illã ⁊ mittã stercora. Et siqdez fecerit fructũ: sin aũt i futuz succides eã. Erat aũt docẽs in synagoga eoz sabbatis. Et ecce mulier q habebat spm infirmitatis annis decẽ ⁊ octo: ⁊ erat inclinata: nec oio potat sursũ respicẽ. Quã cũ uidẽt ihesus: vocauit eã ad se: ⁊ ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et iposuit illi manr: ⁊ pfestim erecta ẽ: et glorificabat deũ. Rndens aũt archisynagogr indignãs qr sabbatis curasset ihesus: dicebat turbe: Sex dies sũt i qb' oportet opari. In his ergo veite ⁊ curamini: ⁊ nõ i die sabbati. Rndens autẽ ad illũ dñs dixit: Hypocrite vnusqsq; vrm sabbato nõ soluit bouẽ suũ aut asinũ a psepio ⁊ ducit adaquare? Hanc aũt filiã abrae quã alligauit sathanas ecce decẽ ⁊ octo annis ñ oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cũ hec diceret: erubescebãt oes aduersarij ei: ⁊ ois ppls gaudebat i vniuersis q̃ gloriose fiebãt ab eo. Dicebat ergo: cui sile ẽ regnũ dei: ⁊ cui sile estimabo illud? Sile ẽ grano sinapis: qd acceptuz hõ misit i hortũ suũ ⁊ creuit: ⁊ factũ ẽ i arborẽ magnã: ⁊ volucres celi requieuit i ramis ei'. Et iterz dixit: Cui sile estimabo regnũ dei? Simile ẽ fermẽto qd acceptũ mulier abscõdit i farine sata tria: donec fermẽtaret totũ. Et ibat p ciuitates ⁊ castella docẽs: ⁊ iter faciens in irlm. Ait aũt illi qdã: Dñe si pauci sũt q saluãt? Ipe aũt dixit ad illos: Lotẽdite intrare p angustã portã: qr multi dico vob qrent intrare ⁊ nõ poterunt. Cũ aũt intrauerit pfamilias ⁊ clauserit ostiũ: incipietis foris stare: ⁊ pulsare ad ostiũ dicẽtes: dñe api nobis: ⁊ rndẽs dicet vob: Nescio vos vnde sitis. Tũc incipietis dicẽ: Manducauim' coram te ⁊ bibim': ⁊ i platcis nris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos vñ sitis. Discedite a me oes operij iniqtatis: ibi erit fletr ⁊ stridor dentiũ: cũ uideritis abraam ⁊ isaac ⁊ iacob ⁊ oes pphetas i regno dei: vos aũt expelli foras. Et venient ab oriẽte ⁊ occidẽte ⁊ aquilone ⁊ austro: ⁊ accũbent i regno dei. Et ecce sunt nouissimi q erãt pmi: ⁊ sũt pmi qui erãt nouissimi. In ipsa die accesserũt qdaz pharisei dicẽtes illi: Exi ⁊ vade hic quia herodes vult te occidẽ. Et ait illis: Ite ⁊ dicite vulpi illi: Ecce ejcio demonia ⁊ sanitates pficio hodie ⁊ cras: ⁊ ttia die cõsumor. Verũtamen oportet me hodie ⁊ cras ⁊ sequenti die ãbulare: qr ñ capit pphetã perire extra hierusalem. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas ⁊ lapidas eos qui mittunt ad te: quotiens uolui congregare filios tuos: quẽadmodũ auis nidũ suũ sub pẽnis: ⁊ noluisti. Ecce relinquet vobis domus vra ỏsta. Dico aũt vob: qr ñ uidebitis me: donec veniat cũ dicetis: bñdict q̃ venit i noie dñi.

.XIIII.

Et factũ ẽ cũ itroisset ihesus i domũ cuiusdã pncipis pharisei sabbato manducare panẽ: ⁊ ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens ihesus dixit ad

legíſpitos ⁊ phariſeos dicens: Si ly ſabbato curare? At illi tacuerūt. Ipe vo apphensū sanauit eū: ac dimisit. Et rndēs ad illos dixit: Cui⁹ vīm asin⁹ aut bos in puteū cadet: ⁊ nō ꝓtinuo extrahet illū die sabbati? Et nō poterāt ad hec rndē illi. Dicebat aūt ⁊ ad inuitatos pabolā: intēdens quō primos accubit⁹ eligerēt: dicēs ad illos: Cū inuitat⁹ fueris ad nuptias: nō discūbas i ꝑmo loco: ne forte honoratior te sit inuitat⁹ ab illo: ⁊ veniens is q̄ te ⁊ illū vocauit: dicat tibi da huic locū: ⁊ tūc incipias cū rubore nouissimum locū tenē. Sed cū vocat⁹ fueris: vade recūbe in nouissimo loco: ut cū uenerit q̄ te inuitauit dicat tibi: Amice ascēde supi⁹: Tūc erit tibi glia corā simul discūbentib⁹: qr̄ois q̄ se exaltrat hūliabit: ⁊ q̄ se humiliat exaltabit. Dicebat aūt ⁊ ei q̄ se inuitauerat: Cū facis ꝑandiū aut cenā: noli vocare amicos tuos neq; fratres tuos neq; cognatos neq; vicios neq; diuites: ne forte ⁊ ipi te reinuitēt: ⁊ fiat tibi retributio. Dz cū facis ꝓuiuiū: voca paupes debiles claudos ⁊ cecos ⁊ beat⁹ eris: qr̄ nō hñt retribuē tibi. Retribuet. n. tibi i rsurrectione iustor̄. Hec cū audisset q̄daz de simul discūbentib⁹ dixit illi: Beat⁹ q̄ manducabit panē i regno dei. At ipse dixit ei: Hō q̄dā fecit cenā magnā: ⁊ vocauit multos: et misit seruū suū hora cene dicē inuitatis ut venirent: qr̄ iā pata sūt oia. Et ceperūt simul ōes excusare. Pr̄im⁹ dixit ei: Villam emi: ⁊ necesse habeo exire ⁊ uidē illā: rogo te habe me excusatū. Et alt̄ dixit: Juga boū emi q̄nq; ⁊ eo ꝓbare illa: rogo te habe me excusatū. Et alt⁹ dixit: Uxorē duxi: ⁊ ideo nō possū venire. Et reuersus seru⁹ nūciauit hec dño suo. Tūc irat⁹ pisamilias dixit seruo suo: Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ paupes ac debiles ⁊ cecos ⁊ claudos intro duc huc. Et ait seru⁹: Dñe factū ē ut ipasti: ⁊ adhuc loc⁹ ē. Et ait dñs suo: Exi i vias et sepes ⁊ cōpelle intrare: ut ipleat dom⁹ mea. Dico aūt vobis: q̄ nemo virorū illorū q̄ vocati sūt gustabit cenā meā. Jbāt aūt turbe mlt̄e cū eo: ⁊ ꝓuersus dixit ad illos: Si q̄s venit ad me ⁊ nō odit patrē suū ⁊ matrē ⁊ vxorem ⁊ filios et fratres et sorores: adhuc āt et aiam suā: nō pōt meus esse discipulus. Et qui nō baiulat crucem suam et venit p⁹ me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrim edificare: nōne prius sedēs cōputat sūptus q̄ necessariū sunt: si habeat ad pficiendū: ne posq̄ posuerit fundamētū: ⁊ nō potuerit pficē: oes q̄ vidēt incipiant illudere ei dicentes: q̄a hic hō cepit edificare ⁊ non potuit cōsumare? Aut quis rex iturus cōmittere bellū aduersus aliū regem: non sedens prius cogitat si possit cū decem milibus occurrere ei: q̄ cū viginti milib⁹ venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agēte: legationē mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo ois ex vobis q̄ nō renūciat oīb⁹ q̄ possidet: nō pōt me⁹ ē discipulus. Bonū ē sal. Si aūt sal euanuerit: in quo condiet? Neq; i terrā neq; i sterquliniū vtile est: sed foras mittet. Qui habet aures audiendi audiat. ¶ .XV.

Erant aūt appropinquantes ei publicani ⁊ pcōres: ut audirēt illū. ⁊ murmurabant pharisei ⁊ scribe dicentes: quia hic pcōres recipit ⁊ manducat cū illis. Et ait ad illos pabolā istam dicens: Quis ex vob⁹ hō q̄ hz centū oues: ⁊ si pdiderit vnam ex illis: nōne dimittit nonagintanouē i dēsto ⁊ vadit ad illā q̄ perat donec iueniat eā? Et cū inuenerit eā: iponit i humeros suos gaudēs ⁊ veniēs domū cōuocat amicos ⁊ vicinos dicēs illi: Cōgratulamini mihi: qr̄ inueni ouē meā q̄ perat. Dico uob⁹: q̄ ita gaudium erit i celo sup vno pcōre pñiam agente: q̄ super nonagintanouē iust⁹ q̄ nō indiget pñia. Aut q̄ mlier hns drachmas decē: si pdiderit drachmā vnā: nōne accēdit lucernā ⁊ everrit domū ⁊ q̄rit diligēt: donec inueniat eā? Et cū inuenerit: vocat amicas ⁊ vicinas: dicēs: Cōgratulamini mihi: qr̄ inueni drachmam quā pdideram. Ita dico vob⁹: gaudiū erit corā agel⁹ dei sup vno pcōre pñam agēte. Ait aūt: Hō q̄dā habuit duos filios: ⁊ dixit adolescētior ex ill⁹ pr̄i: Pr̄ da mihi portionē substātie q̄ me cōtigit. Et diuisit ill⁹ substam. Et nō p⁹ multos dies: congregatis oīb⁹ adolescentior filius pegre ꝓfect⁹ ē i regionē longinquā ⁊ ibi dissipauit substam suā viuēdo luxuriose. Et p⁹q̄ oia ꝓsumasset: facta ē fames valida in regiōe illa: et ipe cepit egē: ⁊ abijt ⁊ adhesit vni ciuiū regionis illi⁹: et misit illū in villam suā ut pasceret porcos: et cupiebat iplē ventrē suū de siliqs q̄s porci māducabāt: ⁊ nemo illi dabat. Jn se autez reuersus dixit: Quāti mercenarij i domo pr̄is mei abūdāt panib⁹: ego āt hic fame pereo. Surgā ⁊ ibo ad patrē meū: ⁊ dicā ei: Pr̄ peccaui i celū et corā te: iam nō sū dign⁹ vocari fil⁹ tu⁹: fac

me sicut vnū ō mercenarijs tuis. Et surgēs venit ad patrē suū. Cū aūt adhuc lōge eēt: vidit illū pat ipsi⁹: ⁊ misericordia mot⁹ ē: ⁊ ac currēs cecidit sup collū ei⁹: ⁊ osculat⁹ ē eū. Dixitq; ei filⁱ⁹: Pat peccaui i celū ⁊ cor̄ā te: iā ñ sū dign⁹ uocari filⁱ⁹ tu⁹. Dixit aūt pī ad suos seruos: Cito pferte stolā pmā: ⁊ induite illū: ⁊ date anulū i manu ei⁹: ⁊ calciamenta in pedes ei⁹: ⁊ adducite vitulū saginatū ⁊ occidite: ⁊ mādūcem⁹ ⁊ epulemur: q; hic filius me⁹ mortu⁹ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuent⁹ ē: Et cepunt epulari. Erat aūt filⁱ⁹ ei⁹ senior i agro. Et cū ueniret ⁊ approp̄inq̄ret domui: audiuit symphoniā ⁊ chorū: ⁊ uocauit vnū de seruis: ⁊ ītrogauit q̄d hec eēnt. Ille; dixit illi: Frat tu⁹ vēit: ⁊ occidit pī tu⁹ vitulū saginatū: q; saluū illū recepit. Indignat⁹ ē aūt ⁊ nolebat itroire. Pī ergo illⁱ⁹ egressus cepit rogare illū. At ille rñdens dixit pī suo: Ecce tot ānis seruio tibi: ⁊ nūq̄ mādatū tuū pterui: ⁊ nūq̄ dedisti mihi hedū ut cū amicis meis epularer. Sed p̄ q̄ filⁱ⁹ tu⁹ hic qui deuorauit substantiā suā cū meretricib⁹ uenit: occidisti illi vitulū saginatū. At ipse dixit illi: Fili tu semp mecū es: ⁊ oia mea tua sūt. Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat: quia frater tu⁹ hic mortu⁹ erat: ⁊ reuixit: perierat: ⁊ inuentus est. ¶ .XVI.

Dicebat aūt ⁊ ad discipulos suos: Hō q̄ dā erat diues qui habebat villicū: et hic diffamat⁹ est apō illū: quasi dissipasset bona illius. Et uocauit illū: ⁊ ait illi: Quid hoc audio de te: Redde rationē villicatōis tue. Iam n. nō poteris villicare. Ait aūt villicⁱ⁹ intra se: Quid faciā: q; dñs me⁹ aufert a me villicationē: Fodere nō ualeo: mendicare erubesco. Scio q̄d faciā: ut cū amotus fuero a villicatione: recipiāt me i domos suas. Cōuocati itaq; singul debitōib⁹ dñi sui: dicebat pmo: Quantū debes dño meo: At ille dixit: Centū cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionē tuam: ⁊ sedēs cito scribe q̄nq̄gita. Deinde alio dixit: Tu vō q̄ntū debes: Qui ait: Centū choros tritici. Ait illi: Accipe lras tuas: ⁊ scribe octogita: ⁊ laudauit dns villicū iniq̄tat⁹: q; prudēt fecisset: q; filij huius seculi prudētiores filijs lucis i generatione sua sūt. Et ego vob dico: Facite vob amicos de mamona iniq̄tat⁹: ut cū defecerit: recipiāt vos i eēna tabernacla. Qui fidel ē i minimo: ⁊ i maiōi fidel ē: ⁊ q̄ i modico iniq⁹ ē: ⁊ imaiori iniq⁹ ē. Si ergo i iniq̄ mamona fideles nō fuistis: qō verū ē q̄s credet vob: Et si i alieno fideles ñ fuistis: qō vīm est: q̄s dabit uob: Nemo fu⁹ pōt duobus dñis fuire. Aut n. vnū odiet: ⁊ alterū diliget: aut vni adherebit: ⁊ alterū ptēnet. Nō potestis deo fuire ⁊ māmone. Audiebāt aūt oia hec pharisei q̄ erāt auari: ⁊ deridebant illū. Et ait illⁱ⁹: Vos estis q̄ iustificat⁹ vos cor̄ā hōib⁹: deus aūt nouit cor̄da vra: quia q̄ hōibus alt ē: abomiatio ē añ deū. Lex ⁊ pphete vsq; ad ioānē: ex eo regnū dei euāgelizat⁹: ⁊ oīs i illud vim facit. Faciliⁱ⁹ ē aūt celū ⁊ terrā pterire: q̄ de lege vnū apicē cadere. Omis q̄ dimittit vxorē suā: ⁊ alterā ducit: mecchat⁹: et q̄ dimissā a viro ducit mecchat. Hō q̄dam erat diues q̄ induebat purpura ⁊ byssō: ⁊ epulabat q̄tidie splēdide. Et erat q̄dā mēdicus nomine lazar⁹: q̄ iacebat ad ianuā ei⁹ vlceribⁿ⁹ plen⁹: cupiēs satari de micis q̄ cadebāt de mēsa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebāt: ⁊ lingebāt vlcera ei⁹. Factū ē aūt ut moreret mēdic⁹: ⁊ portaret ab āgelis i sinū abrae. Mortu⁹ ē aūt ⁊ diues: ⁊ sepult⁹ ē in inferno. Eleuās aūt oculos suos cū eēt in tormentis: vidit abraā longe ⁊ lazarū in sinu ei⁹: ⁊ ipse clamās dixit: Pater abraa miserē mei: ⁊ mitte lazarū ut intingat extremū digiti sui i aquā: ut refrigeret linguam meam: q; crucior in hac flāma. Et dixit illi abraā: Fili recordare q; recepisti bona i vita tua: ⁊ lazar⁹ silit mala. Nūc aūt hic cōsolat: tu vō cruciar. Et i his oībus int nos ⁊ vos chaos magnū firmatū ē: ut hi q̄ uolūt hinc trāsire ad vos nō possint: neq; inde huc trāsmeare. Et ait: Rogo ergo te pī: ut mittas eū in domū patris mei. Habeo. n. q̄nq; fratres: ut testet illis: ne ⁊ ipi veniant i hunc locū tormentorū. Et ait illi abraā: Habent moysen ⁊ pphetas: audiant illos. At ille dixit: Non pater abraam: sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiā agent. Ait aūt illi: Si moysen ⁊ prophetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credēt. ¶ .XVII.

Et ait ad discipulos suos: Impossibile est ut nō ueniāt scandala. Ue autē illi p quē veniūt. Utilius est illi si lapis molaris iponat circa collū ei⁹: ⁊ pjciat i mare: q̄ ut scādalizet vnū de pusillis istis. Attēdite vob. Si peccauerit i te frat tu⁹: increpa illū: ⁊ si pñiaz egerit dimitte illi: et si septies in die peccauerit i te: ⁊ septies i die puersus

fuerit ad te dicens: penitet me: dimitte illi.
